
581.945.T
B 181
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
Special Book Fund
1910
Septemb 1899
R. W. Gibson. Invt

# FLORA TAURINENSIS

SIVE

# ENUMERATIO PLANTARUM

CIRCA TAURINENSEM URBEM NASCENTIUM.

AUCTORE

JOHANNE BAPTISTA BALBIS

IN SCHOLA MEDICA IMPERIALIS TAURIN. ARCHIGYMNASII BOTANICES PROFESSORE, I. LITERARUM, SCIENTIARUM, ET ARTIUM ACADEMIÆ, ATQUE AGRARIÆ SOCIETATIS TAURINENSIS *etc.* SODALI.

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

TAURINI 1806.

EX TYPOGRAPHIA JOHANNIS GIOSSI.

13262

# BOTANICES STUDIOSIS.

*Quum primum Botanices Professor sum renuntiatus, nihil antiquius habui, quam ut adolescentibus meae concreditis curae facilem quamdam sternerem viam, qua ipsos ad plantarum cognitionem veluti per manus deducerem. Elenchum ideo plantarum circa hanc urbem nascentium, addita locorum natalium indicatione statim conscripsi, firma scilicet fretus spe, ut opus, quod temporis angustiae tum perficere haud sinerent, quum majori abundarem otio, majoresque mihi etiam difficillima hac in arte comparassem cognitiones, illud tandem absolvere possem. Itaque tum colles, tum planities Taurinenses peragratus,*

*omnia investigavi, expendi, nullique peperci labori, ut quae huic solo indigenae censeri possunt stirpes, eas colligerem, ac summo perscrutarer studio. Atque hic silentio non praeteream egregium Virum* IGNATIUM MOLINERI *Taurinensis Horti Botanici Custodem, qui hoc in perficiendo opere plurimam mihi praestitit opem. Ejus enim summae diligentiae, atque ingenti in exquirendis plantis labori non modo plures in Elencho haud memoratas raras stirpes, sed ex Fungorum praesertim familia totidem singulares, nec antea visas species acceptas refero.*

*Te quoque memorabo sollertissimum I. F.* PIOTTA *Horti Custodis vicem gerentem; nam tu pariter cura, et studio tuo opus hoc meum novis ditasti stirpibus.*

*Verum quid de te, candidissime adolescens* BIANCHETTI *dicam? Nihil sane aliud, nisi quod in perlustrandis collibus, montibus, in peragranda longe lateque planitie fidus mihi comes nunquam a latere meo discessisti, eaque te praeditum ingenii acie mihi semper ostendisti, ut illud jam profiteri possim, te cum Medicae scientiae, tum Botanices praesertim in optimam spem esse natum.*

*Vos etiam meritis haud frustrabor laudibus, illustres Medicinae Doctores,* SECUNDUM MÒ, FERRERIUM, MACAGNO, *qui olim discipuli mei*

*miro semper flagrastis Botanices studio ; quorum praeclara vestigia eximii Medicinae studiosi nunc* CASAIONUS , *ac* MERLETTI *nonnulla cum laude persequuntur. His omnibus addam etiam jam alias laudatum Sacerdotem* CYRILLUM MIÇHEL , *egregios adolescentes* DUC , *et* BALLADA , *aliosque , qui naturalium rerum studiis mirifice incensi nullam diligentiam , nullum non impendunt laborem , quo in ipsis majorem in dies progressum faciant , majoremque sibi comparent laudem.*

*Hisce praesidiis instructus alacri animo opus suscepi , quo plantarum omnium circa hanc urbem* ( ad myriametrum cum dimidio ) *nascentium magis accuratam , amplioremque exhiberem descriptionem. Neque vero quisquam miretur , si in his describendis* LINNÆI *systema prae ceteris sum secutus ; nam licet aliquibus scateat vitiis ; in ipsis tamen adolescentibus recte instituendis magis opportunum , aliisque omnibus multo utilius jure censemus. Atque hac sane de caussa summi aetatis nostrae Botanici Viri hoc ceteris omnibus , non ita pridem sine aliqua ingenii laude in lucem editis , praeferre solent.*

*Itaque primum , praemissa classium* LINNÆI *enumeratione , singulis generibus proprios tribuam characteres ex* WILDENOWII speciebus plantarum *desumtos , atque illud tantum usque ad XX. Lin-*

*naeanam classem ; ex* MURRAY System. Veget. *reliqua excerpsi , licet in* Caricibus *egregios* SCHKUHR, *ac* HOST ; *in cryptogamia* GMELINUM ; *pro* Muscis BRIDEL , *pro* Lichenibus ACHARIUM ; *in* Fungis BULLIARDUM *praesertim , tum etiam* PERSOON *, aliosque sequamur. Singulis autem speciebus , quoad fieri potuit , optimam alicujus auctoris iconem , saepiusque* Iconographiam Taurinensem , *quae in hujusce Archigymnasii bibliotheca extat , indicavi. Gallica insuper , ac vernacula nomina , quae essent nota , adjunxi.*

*Si vero planta vel medico , aut oeconomico usu insignis , aut venenata fuerit , sequentibus signis illam designavi :*

* *Medico usui.*

* * *Œconomico.*

† *Venenata.*

*Si vero venenata , et medico usui opportuna fuerit , sequentia signa* * † *docebunt.*

*His autem potissimum utor signis , quod cum alias in quibusdam opusculis meis , et speciatim in* enumeratione plant. officin. Horti Botan. Taurin. *praecipuam plantarum virtutem , atque usum jam significaverim , prorsus inutile hic esset haec denuo recensere.*

*Verum hoc meum , qualecumque opus ( quod tamen , quantum in me fuit , omni cura , atque*

*industria perficiendum curavi ) vobis , Botanices Studiosis , dicandum duxi ; nam vos haec nostra studia et perdiligenter colitis , et omnia , quae hactenus typis vulgavi , ea semper humanitate excepistis , ut singularem benevolentiae , et judicii vestri erga me significationem omnibus palam ostenderitis. Interim illud etiam hic vobis polliceor, quantum mihi supererit otii , fore ut in his diligentius exercendis studiis omnino impendam , quo et hanc nostram botanices doctrinam augere valeam , et vobis alia quoque imposterum offerre monumenta , ex quibus , qua fieri possit , optima ratione ampliorem botanicam doctrinam haurire , ac percipere valeatis.*

## CLASSIUM CHARACTERES.

1. Monandria . Stam. unicum in flore hermaphr.
2. Diandria . . . Duo
3. Triandria . . . Tria.
4. Tetrandria . . Quatuor.
5. Pentandria . . . Quinque.
6. Hexandria . . . Sex.
7. Heptandria . . . Septem.
8. Octandria . . . Octo.
9. Enneandria . . . Novem.
10. Decandria . . . Decem.
11. Dodecandria . . Duodecim ad novemdecim.
12. Icosandria . . . Mariti viginti, saepe plures, at stamina (non receptaculo) sed calycis lateri interno adnata.
13. Polyandria. Stamina receptaculo inserta a 20. ad 1000 in eodem, cum pistillo, flore.
14. Didynamia. Stamina 4. quorum duo longiora reliquis.
15. Tetradynamia. Stamina 6. quorum 4. longiora, 2. autem opposita breviora.
16. Monadelphia. Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.
17. Diadelphia. Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.

18. Polyadelphia. Stamina filamentis in duo, vel plura corpora coalita.
19. Syngenesia. Stamina antheris ( raro filamentis ) in cylindrum coalita.
20. Gynandria. Stamina pistillis (non receptaculo) insident.
21. Monoecia. Flores masculi, ac foeminei in eadem planta sunt.
22. Dioecia. Flores masculi in diversa planta a foemineis prognascuntur.
23. Polygamia. Flores hermaphroditi, et masculi aut foeminei in eadem specie.
24. Cryptogamia. Flores intra fructum, vel singulari modo occultati.

---

Ut Classes a maribus, seu staminibus; ita Ordines a foeminis, seu pistillis desumuntur. In classe autem *Syngenesiae* a caeteris differunt ordines. e. gr.

Monogynia, Digynia etc. idest Pistillum 1. 2. etc. Numerus hic pistilli desumitur a basi styli; si stylus autem deficiat, a numero stigmatum calculus fit.

Polygamia aequalis, ubi flores ex multis flosculis staminibus, ac pistillis instructis constant.

P. Superflua. Cum flores disci hermaphroditi

stigmate instruuntur, et semina proferunt; flores quoque foeminei radium constituentes similiter semina ferunt.

P. Frustranea. Cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur, et semina proferunt. Flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.

P. Necessaria. Cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt; flores autem foeminei in radio semina perfecta proferunt.

P. Segregata. Cum calices floriferi plures comprehenduntur a communi calyce, ut unicum florem conficiant.

# INDEX GENERUM.

## A.


Acer . . *pag.* 171.
Aecidium . . 195.
Achillea . . . 144.
Aconitum . . 87.
Acrostichum . . 172.
Actaea . : . 85.
Adianthum . . 175.
Adonis . . . 89.
Aegilops . . 169.
Aegopodium . . 52.
Aesculus . . 63.
Aethusa . . . 56.
Agaricus . . 214.
Agrimonia . . 76.
Agrostemma . . 73.
Agrostis . . 14.
Aira . . . 15.
Ajuga . . . 91.
Alchemilla . . 30.
Alisma . . . 63.
Allium . . . 55.
Alopecurus . . 13.
Alsine . . . 53.
Althaea . . 112.
Alyssum . . 106.
Amaranthus . . 161.
Amaryllis . . 55.
Anagallis . . 36.
Anchusa . . 33.
Andropogon . . 168.
Anemone . . 87.
Angelica . . 50.
Anthemis . . 153.
Anthericum . . 57.
Anthoceros . . 185.
Anthoxanthum . 6.
Anthyllis . . 115.
Antirrhinum . . 100.
Apargia . . . 129.
Arabis . . . 109.
Arctium . . . 133.
Arenaria . . 71.
Aristolochia . . 151.
Artemisia . . 137.
Arum . . . 151.
Arundo . . . 22.
Asarum . . . 75.
Asclepias . . 45.
Asparagus . . 58.
Asperugo . . 35.
Asperula . . 26.
Asphodelus . . 57.
Asplenium . . 173.
Aster . . . 140.
Astragalus . . 121.
Astrantia . . 47.
Athamanta . . 49.
Atriplex . . 171.
Auricularia . . 208.
Avena . . . 21.

## B.

Ballota . . . 96.
Bellis . . . 142.
Berberis . . . 61.
Betonica . . . 94.
Betula . . . 160.
Bidens . . . 136.
Biscutella . . 106.
Boletus . . . 211.
Borago . . . 34.
Brassica . . . 109.
Briza . . . 18.
Bromus . . . 20.
Bryonia . . . 168.
Bryum . . . 178.
Bunias . . . 103.
Buphtalmum . . 144.
Byssus . . . 191.

## C.

Callitriche . . 1.
Caltha . . . 91.
Campanula . . 37.
Capparis . . 84.
Cardamine . . 106.
Carduus . . . 133.
Carex . . . 153.
Carlina . . . 135.
Carpesium . . 138
Carpinus . . . 163.
Carthamus . . 135.
Caucalis . . . 48.
Centaurea . . 143.
Centunculus . . 29.
Cerastium . . 74.
Ceratophyllum . 161.
Chaerophyllum . 51.
Chara . . . 152.
Chelidonium . . 83.
Chenopodium . 45.
Chironia . . 41.
Chlora . . . 64.
Chondrilla . . 128.
Chrysanthemum . 142.
Chrysocoma . . 136.
Cichorium . . 132.
Circaea . . . 1.
Cistus . . . 86.
Clathrus . . . 200.
Clavaria . . 200.
Clematis . . 88.
Clinopodium . 96.
Cnicus . . . 134.
Cochlearia . . 105.
Colchicum . . 62.
Conferva . . 191.
Conium . . . 48.
Convallaria . . 58.
Convolvulus . . 36.
Conyza . . . 138.
Cornus . . . 30.
Coronilla . . 120.
Corylus . . 163.
Crassula . . . 54.
Crataegus . . 80.
Crepis . . . 131.
Crocus . . . 7.
Cucubalus . . 70.
Cuscuta . . . 30.
Cynoglossum . . 33.
Cynosurus . . 18.
Cyperus . . . 8.
Cytisus . . . 119.

## D.

Dactylis . . . 18.
Daphne . . . 65.
Datura . . . 40.
Daucus . . . 48.
Delphinium . . 86.
Dentaria . . . 106.
Dianthus . . 69.
Dictamnus . . 67.
Digitalis . . 102.
Dipsacus . . 25.
Doronicum . . 142.
Dorycnium . . 125.
Draba . . . 104.

## E.


Echium . . . 35.
Elymus . . . 23.
Epilobium . . 63.
Equisetum . . 171.
Erica . . . 64.
Erigeron . . 169.
Eriophorum . . 11.
Erodium . . 110.
Eruum . . . 119.
Eryngium . . 47.
Erysimum . . 108.
Erythronium . . 56.
Eupatorium . . 136.
Euphorbia . . 77.
Euphrasia . . 99.
Evonymus . . 42.


## F.


Fagus . . . 162.
Festuca . . . 19.
Fontinalis . . 176.
Fragraria . . 83.
Fumaria . . 113.


## G.


Galega . . . 121.
Galeopsis . . 94.
Galium . . . 27.
Genista . . . 114.
Gentiana . . 47.
Geranium . . 111.
Geum . . . 84.
Gladiolus . . 7.
Glecoma . . 93.
Globularia . . 24.
Gnaphalium . . 137.
Gratiola . . . 4.
Gypsophylla . . 68.


## H.


Hedera . . . 44.
Hedysarum . . 120.
Heliotropium . . 32.
Helleborus . . 91.
Helvella . . . 209.
Hemerocallis . . 59.
Heracleum . . 50.
Herniaria . . 45.
Hieracium . . 130.
Hippocrepis . . 120.
Hippophae . . 166.
Holcus . . 169.
Holosteum . . 24.
Hordeum . . 23.
Hottonia . . 36.
Humulus . . 166.
Hyacinthus . . 59.
Hydnum . . 210.
Hydrocharis . . 167.
Hyoscyamus . . 40.
Hypericum . . 126.
Hypnum . . 181.
Hypochaeris . . 132.
Hypoxylon . . 199.


## I.


Iberis . . . 106.
Impatiens . . 43.
Inula . . . 141.
Iris . . . 7.
Isnardia . . 30.
Jasione . . . 37.
Juncus . . . 59.
Jungermannia . 183.
Juniperus . . 168.


## L.


Lactuca . . . 128.
Lamium . . 94.
Lappago . . 24.
Lapsana . . 132.
Laserpitium . . 49.
Lathroea . . 100.
Lathyrus . . 116.
Laurus . . 67.

Leersia . . 11.
Lemna . . 152.
Leontodon . . 129.
Leonurus . . 96.
Lepidium . . 104.
Leucojum . . 54.
Lichen . . 185.
Ligusticum . . 50.
Ligustrum . . 1.
Lilium . . . 56.
Lindernia . . 102.
Linum . . . 53.
Lithospermum . 33.
Lolium . . 23.
Lonicera . . 39.
Lotus . . . 124.
Lychnis . . 74.
Lycoperdon . . 197.
Lycopodium . 175.
Lycopsis . . 35.
Lycopus . . 5.
Lysimachia . . 36.
Lythrum . . 76.

M.

Malva . . . 113.
Marchantia . . 184.
Marsilea . . 175.
Matricaria . . 143.
Medicago . . 125.
Melampyrum . 99.
Melica . . . 15.
Melissa . . . 97.
Melittis . . . 98.
Mentha . . . 93.
Menyanthes . . 36.
Mercurialis . . 167.
Merulius . . 213.
Mespilus . . 80.
Milium . . 13.
Mnium . . 176.
Monotropa . . 67.
Mucor . . . 193.
Myagrum . . 103.
Myosotis . . 32.
Myriophyllum . 161

N.

Najas . . . 164.
Narcissus . . 55.
Nardus . . 11.
Nepeta . . 92.
Nidularia . . 198.
Nymphoea . . 86.

O.

Oenanthe . . 50.
Oenothera . . 63.
Ononis . . . 115.
Onopordum . . 135.
Ophioglossum . 172.
Ophrys . . 149.
Orchis . . . 146.
Origanum . . 96.
Ornithogalum . 56.
Orobanche . . 103.
Orobus . . 116.
Osmunda . . 172.
Oxalis . . 73.

P.

Panicum . . 12.
Papaver . . 85.
Parietaria . . 170.
Paris . . . 67.
Pastinaca . . 51.
Peplis . . . 61.
Peucedanum . . 49.
Peziza . . . 204.
Phalaris . . 11.
Phallus . . 208.
Phellandrium . . 51.
Philadelphus . . 79.
Phleum . . 13.
Physalis . . 41.
Phyteuma . . 39.
Phytolacca . . 75.

Picris . . . 130.
Pimpinella . . 52.
Pinguicula . . 4.
Pinus . . . 163.
Plantago . . 28.
Poa . . . 16.
Polycarpon . . 24.
Polycnemum . 6.
Polygala . . 114.
Polygonum . . 65.
Polypodium . . 174.
Polytrhicum . . 176.
Populus . . 167.
Portulaca . . 76.
Potamogeton . . 31.
Potentilla . . 83.
Poterium . . 162.
Prenanthes . . 128.
Primula . . 35.
Prunella . . 98.
Prunus . . . 79.
Pteris . . . 173.
Pulmonaria . . 34.
Pyrethrum . . 142.
Pyrus . . . 80.


## Q.


Quercus . . 162.


## R.


Ranunculus . . 89.
Raphanus . . 110.
Reseda . . 76.
Reticularia . . 193.
Rhamnus . . 42.
Rhinanthus . . 98.
Rhizomorpha . 196.
Riccia . . . 185.
Rosa . . . 81.
Rubia . . . 28.
Rubus . . . 82.
Rumex . . . 61.


## S.


Sagina . . . 31.
Salix . . . 164.
Salvia . . . 5.
Sambucus . . 52.
Samolus . . 39.
Sanguissorba . . 29.
Sanicula . . 47.
Saponaria . . 69.
Satyrium . . 148.
Saxifraga . . 68.
Scabiosa . . 25.
Scandix . . 51.
Schoenus . . 8.
Scilla . . . 57.
Scirpus . . . 9.
Scleranthus . . 68.
Scropularia . . 101.
Scutellaria . . 98.
Sedum . . . 72.
Selinum . . 49.
Sempervivum . 78.
Senecio . . . 140.
Serapias . . 150.
Serratula . . 133.
Sherardia . . 26.
Sida . . . 112.
Silene . . . 70.
Sinapis . . . 110.
Sisymbrium . . 107.
Sium . . . 50.
Solanum . . 41.
Solidago . . 141.
Sonchus . . 127.
Sorbus . . . 80.
Sparganium . . 153.
Spartium . . 114.
Spergula . . 75.
Sphaerobolus . . 197.
Sphagnum . . 176.
Sphoeria . . 195.
Sphoerocarpos . 196.
Spiraea . . . 81.
Stachys . . . 95.

Statice . . . 53.
Stellaria . . . 71.
Stellera . . . 65.
Symphitum . . 34.

T.

Tamarix . . 53.
Tamus . . . 166.
Tanacetum . . 137.
Targionia . . 183.
Teucrium . . 92.
Thalictrum . . 88.
Thesium . . 44.
Thlaspi . . 405.
Thymus . . 96.
Tilia . . . 86.
Tordylium . . 47.
Tormentilla . . 84.
Tragopogon . . 127.
Tremella . . 202.
Trichia . . 194.
Trifolium . . 121
Triticum . . 23.
Tuber . . . 192.
Turritis . . 109.
Tussilago . . 139.
Typha . . . 153.

U.

Ulmus . . . 47.
Urtica . . . 160.
Utricularia . . 4.

V.

Valantia . . 169.
Valeriana . . 6.
Variolaria . . 199.
Verbascum . . 39.
Verbena . . 5.
Veronica . . 2.
Viburnum . . 52.
Vicia . . . 117.
Vinca . . . 44.
Viola . . . 42.
Viscum . . . 166.
Vitis . . . 44.

X.

Xanthium . . 161.

Z.

Zannichellia . . 151.

# CL. I. MONANDRIA.

## MONOGYNIA.

### Callitriche.

Cal. o. Cor. 2. pet. Caps. 2. locul.

Callitriche verna.

C. foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis L. Fl. Sv. 3. Oed. dan. t. 129.

In fossis humidis. Vere floret.

*Fol. opposita, integerrima; superiora in rosulas congesta.*

Callitriche autumnalis.

C. fol. omnibus linearibus, apice 2. fidis, floribus hermaphroditis. Linn. Fl. Sv. 4. Gmel. Sibir. 3. p. 13. n. 5. t. 1. f. 2.

Locis aquosis. Floret autumno.

*Fol. omnia linearia, apice bifida, non subrotunda.*

# CL. II. DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

### Ligustrum. *Troêne.*

Cor. 4-fida. Bacca 4-sperma.

* Ligustrum vulgare.

L. fol. lanceolatis, acutiusculis, panicula coarctata. Wild. sp. pl. 1. p. 1. pag. 41.

In sylvis, et ad sepes. Frutex.

### Circaea. *Circée.*

Cal. 2. phyllus. Cor. 2. petala obcordata.

Circaea lutetiana.

C. caule erecto, fol. ovatis, subserratis hirsutis. Roth. Germ. 1. p. 12. 2. p. 24. Oed. dan. 256.

Locis umbroſis ad ſepes, ac in nemoribus.
*Caul. erectus; fol. ovata, ſubſerrata opaca.*

VERONICA. *Véronique.*

Cor. 4. fida, limbo planiuſculo: lacinia inferiore anguſtiore. Caps. 2. locul.

VERONICA spicata.

V. spica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. Linn. Fl. Sv. 2. n. 10. Oed. dan. t. 52.

In paſcuis prope *Sturam.*

* VERONICA officinalis.

V. spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. Linn. Fl. Sv. 2. n. 12. Oed. dan. t. 248.

Ad ſepes in collibus Taurinenſibus.

VERONICA ſerpyllifolia.

V. racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris crenatis. Linn. Fl. Sv. 2. n. 16. Oed. dan. t. 492.

In pratis ubique.

* VERONICA Beccabunga.

V. racemis lateralibus, fol. ovatis planis, caule repente. L. Fl. Sv. 11. 14. Oed. dan. 511.

Ad fontes, et puras fluentes aquas.

* VERONICA Anagallis.

V. racemis lateralibus, fol. lanceolatis ſerratis, caule erecto. L. Fl. Sv. 10. 13. Fl. dan. 90.

Iisdem locis naſcitur.

*Fol. lanceolata, caulis erectus.*

* VERONICA Teucrium.

V. racemis lateralibus longiſſimis, foliis ovatis rugoſis dentatis obtuſiuſculis, caulibus procumbentibus. L. Syſt. veg. p. 57. Cluſ. hiſt. 1. p. 349.

In pratis editioribus prope *Eremum*.

*Racemi densi, stricti. Fol. obtusius sertata, ima subovata, superiora elliptica.*

* VERONICA Chamoedrys.

V. racemis lateralibus, fol. ovatis sessilibus rugosis dentatis, caule debili. L. Fl. Sv. 13. 18. Oed. dan. 448.

Ad sepes, et nemora.

*Diff. a praecedenti foliis imis ovalibus, superioribus cordatis.*

VERONICA agrestis.

V. flor. solitariis, fol. cordatis incisis pedunculo brevioribus. L. Fl. Sv. 17. 20. Oed. dan. 449.

Ubique in agris et ruderatis. Floret toto anno.

*Fol. pedunculo breviora.*

VERONICA arvensis.

V. fl. solitariis, fol. cordatis incisis pedunculo longioribus. L. Fl. Sv. 16. 19. Oed. dan. 515.

In arvis frequens.

VERONICA praecox Allion.

V. flor. solitariis, fol. cordatis profunde dentatis, pedunculis longitudine calycis, fructibus oblongis. Auct. p. 5. tab. 1. f. 1.

In arvis inter *Grugliasco* et *Rivalta*.

*Fol. praecedenti ampliora, flos major, intense coeruleus, fructus dissiti, oblongi, ovati, calycis longitudine.*

VERONICA hederifolia.

V. fl. solitariis, fol. cordatis planis quinquelobis. L. Fl. Sv. 18. 21. Oed. dan. 428.

In arvis copiosissima.

*Fol. lobata, pedunculi fol. longiores.*

VERONICA triphyllos.

V. fl. solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus. Oed. dan. t. 627.

In arvis.

VERONICA verna.

V. flor. solitariis, fol. digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus. Oed. dan t. 252.

In agris macilentis *della Molinetta*, et secus arva prope *Stupinixium*.

VERONICA acinifolia.

V. fl. solitariis pedunculatis, fol. ovatis glabris crenatis, caule erecto subpiloso. L. Sp 19. Bocc. Mus. 2 p. 29. t. 102.

In arvis circa *la Molinetta*, et *l' idraulica*.

*Differt ab* arvensi *pedunculis floris longis*.

GRATIOLA. *Gratiole*.

Cor. 4. fida bilabiata resupinata. Stam. 4: duo sterilia. Caps. 2. locul.

* GRATIOLA officinalis.

G. fol. lanceolatis serratis, floribus pedunculatis. L. mat. med. p. 38. Oed dan. t. 363.

In pratis inter *Taurinum* ac *Sturam*; in fossis, ac pratis humidis prope *Eremum*.

PINGUICULA. *Grassète*.

Cor. ringens: calcarata. Cal. 5. fid. Caps. 1. locul.

PINGUICULA alpina.

P. nectario conico petalo breviore. L. Fl. Lapp. 12. t. 12. f. 3. Oed. dan. 453.

Elegantissime florentem reperi ad finem aprilis a. 1802 in rupestri cavea secus rivulum excurrentem retro *Eremum* prope *Peceto*.

*Flos albus, calcare reflexo*.

UTRICULARIA. *Utriculaire*.

Cor. ringens: calcarata. Cal. 2. phyllus. Caps. 1. locul.

UTRICULARIA vulgaris.

U. nectario conico, scapo paucifloro L. Fl Lapp. 14. Oed. dan. t. 158.

Locis aquosis trans *l'Abbadia di Stura*.

VERBENA. *Verveine.*

Cor. subaequalis. Cal. lacinia suprema breviore.

* VERBENA officinalis.

V. tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. L. mat. med. p. 38 Oed. dan. t. 628.

In pascuis et ruderatis ubique.

LYCOPUS. *Lycope.*

Cor. 4. fida subaequalis. Cal. lacinia suprema breviore.

LYCOPUS europaeus.

L. fol. sinuato-serratis. L. Fl. Sv. 2. n. 31. Dalechamp. hist. 1117.

Secus fossas haud infrequens.

SALVIA. *Sauge.*

Cor. ringens. Filamenta transverse pedicellata.

* SALVIA pratensis.

S. fol. cordato-oblongis crenatis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. Fl. Sv. 2. n. 32. Moris. hist. 3. p. 393 s. 11. t. 13. f. 10.

In pratis frequentissima.

SALVIA glutinosa.

S. fol. cordato-sagittatis serratis acutis. L. Hort. cliff. 13. Moris. hist. 3. p. 394. s. 11. t. 13. f. 18.

Ad sylvas; locis lutosis, umbrosis.

*Cor. falcata flava, fusco punctata.*

* SALVIA Sclarea.

S. fol. rugosis cordatis oblongis villosis serratis, bracteis floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. L. H. cliff. 12. Lob. ic. 556.

Prope montem *Cappucinorum*, qua parte meridiem spectat.

### DIGYNIA.

ANTOXANTHUM. *Flouve.*

Cal. gluma 2. valv. 1. flora. Cor. gluma 2. valvis acuminata aristata.

ANTOXANTHUM odoratum.

A. flosculis diandris. L. Hort. cliff. 25. Host. gram. austr. p. 5. t. 5.

In pratis, ac nemoribus sat frequens.

## CL. III. TRIANDRIA.

### MONOGYNIA.

VALERIANA. *Valériane.*

Cor. 5. fida basi gibba. Sem. unicum.

VALERIANA dioica.

V. flor. triandris dioicis, fol pinnatis integerrimis. L. Sp. p. 44. Fl. dan. t. 687.

In spongiosis irriguis collium Taurinensium, tum etiam secus rivulum inter *il Martinetto*, et *l'idraulica.*

*Fol. radicalia ovata, caulina pinnata.*

* VALERIANA officinalis.

V. fl. triandris, fol. omnibus pinnatis. L.Sp.45.Oed.dan.570.

Ad sylvas prope *Eremum*, et trans locum dictum *il Martinetto.*

** VALERIANA olitoria W.

V. floribus triandris, caule dichotomo, fol. lanceolatis integerrimis, fructu nudo. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 182. Lob. ic. 717.

Nihil frequentius primovere in arvis.

POLYCNEMUM. *Polycnème.*

Cor. o. Cal. 5 phyll. subtus 3. phyll. Sem. 1.

POLYCNEMUM arvense.

P. triandrum, fol. subulatis triquetris, caule diffuso. Wild sp. pl. 1. p. 1. pag. 192. Jacq austr. tab. 365.

In arvis.

CROCUS. *Safran.*

Cor. 6. partita erecto patula: stigmata convoluta colorata.

CROCUS vernus.

C. stigmate trifido corolla breviore, erecto, fol. linearibus planis Wild. Sp. pl. 1 p. 1. pag. 195 Jacq. austr. app. t. 36.

In pratis secus magnam viam *di Settimo Torinese* indefessus Botanices cultor *BALLADA*.

GLADIOLUS. *Glayeul.*

Cor. 6. partita tubulosa: laciniis subaequalibus, superioribus convergentibus.

GLADIOLUS communis.

G. corolla subringente, spathis tubo longioribus, floribus secundis, fol. ensiformibus nervosis. W. l. c. p. 213.

Inter segetes, quandoque etiam in collium Taurin. pratis.

IRIS.

Cor. 6. partita, laciniis alternis reflexis. Stigma petaloideum.

* IRIS germanica.

I. corollis barbatis, caule fol. altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. L. Hort. Cliff. 18. Ic. Taur. 1. t. 54 et 57.

Ad vetustos muros collium Taurinensium quandoque occurrit.

Variat colore corollae.

* IRIS Pseud-Acorus.

I. corollis imberbibus, petalis interioribus stigmate minoribus, fol. ensiformibus. L. H. Cliff. 19. Oed. dan. t. 494. Gall. *Iris jaune, faux Acore etc.*

Locis aquosis *della Mandria*, et *Stupinixii* obviam venit. *Fl. flavi.*

IRIS graminea.

I. corollis imberbibus, germinibus sexangularibus, caule ancipiti foliis linearibus. L. H. cliff. 19. Jacq. austr. t. 2.

In sylvis *della Mandria*, tum etiam in collibus Taurinensibus prope *Superga*.

*Flores prunum redolent.*

IRIS sibirica.

I. corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. L. Hort. cliff. 19. Jacq austr. t. 3.

Secus rivulos in sylvis *della Mandria.*

SCHOENUS. *Choin.*

Cor. o. Cal. paleis fasciculatis. Semen subrotundum.

SCHOENUS nigricans.

S. culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri diphylli valvula altera subulata. L. Sp. 64. Host. gram. austr. 3. p. 37. f. 54.

In pratis humidis *della Mandria.*

CYPERUS. *Souchet.*

Cor. o. Cal. paleis distichis. Semen nudum.

CYPERUS glomeratus.

C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla supradecomposita, spicis glomerato-rotundatis, spiculis subulatis. L. Sp 68 Host. l. c. p. 48. t. 71.

Locis inundatis secus *Padum.*

CYPERUS flavescens.

C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis. L. Sp. 68. Host. l. c. p. 48. t. 72.

Locis humectis versus Padum, alibique frequens.

CYPERUS fuscus.

C. culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis linearibus. L. sp. 69. Host. l. c. p. 49. t. 73.

Iisdem locis, ubi praecedens oritur.

CYPERUS Monti.

C. culmo triquetro, umbella decomposita paniculata, spiculis oblongis, flosculis distinctis, involucro hexaphyllo. W. Sp. 1. p. 1. pag. 286. Mont. gram. 12. t. 1. f. 2.

Locis inundatis, tum ad fossas etiam, praesertim prope *la Veneria.*

SCIRPUS. *Scirpe.*

Cor. o. Cal. paleis imbricatis. Sem. nudum.

SCIRPUS palustris.

S. culmo tereti nudo, spica subovata terminali. L. Sp. 70. Oed. dan. t. 273. Host. gr. austr. 3. p. 38. t. 55.

Locis aquosis.

SCIRPUS Caricis W.

S. culmo subtriquetro nudo, spica disticha compressa, involucro monophyllo. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 292. Host. l. c. p. 39. t. 57.

Secus rivulos prope *il Martinetto*, passim quoque secus Duriam.

SCIRPUS ovatus W.

S. culmo subcompresso nudo filiformi, spica ovata terminali nuda, floribus diandris. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 294. Host. l. c. p. 38. t. 56.

Locis humidis *della Mandria* occurrit.

SCIRPUS acicularis.

S. culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi seminibus nudis. L. Syst. 12. p. 162. Host. l. c. p. 41. t. 60.

Aquosa loca inhabitat.

SCIRPUS lacustris.

S. culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. L. Sp. 73. Host. l. c. p. 41. t. 61.

Ad stagnantes aquas prope Sturam.

SCIRPUS Holoschoenus.

S. culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis, involucro diphyllo inaequali mucronato. L. Sp. 72. Oed. dan. t. 454. Host. l. c. p. 42. t. 62.

In pascuis subhumidis.

SCIRPUS triqueter.

S. culmo triquetro nudo, spicis subsessilibus, pedunculatisque mucronem aequantibus. L. mant. 29. Pluk. alm. t. 40. f. 2.

Locis humidis *della Mandria.*

SCIRPUS mucronatus.

S. culmo triangulo nudo acuminato, spicis conglomeratis sessilibus lateralibus. L. Sp. 73. Host. gr. austr. 3. p. 44. t. 66.

In fossis prope *Sturam* reperit egregius medicinae Doctor, et sollertissimus Botanices cultor *BIANCHETTI.*

SCIRPUS sylvaticus.

S. culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. L. sp. 75. Oed. dan. t. 307. Host. l. c. p. 46. t. 68.

Loca inundata sylvatica habitat.

SCIRPUS michelianus.

S. culmo triquetro, capitulo globoso, involucro polyphyllo longo. L. sp. 76. Host. l. c. p. 47. t. 69.

Sabulosa humentia loca secus Padum incolit.

SCIRPUS dichotomus.

S. culmo triquetro nudo, umbella decomposita, spicis dichotomiae sessilibus. L. Fl. Zeyl. 40. Host. Gram. austr. 3. p. 42. t. 63.

Secus Padum locis humidis frequens.

ERIOPHORUM. *Linaigrette.*

Cor. o. Cal. paleis imbricatis. Sem. lana cinctum.

ERIOPHORUM polystachion.

E. culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. L. sp. 76. Vaill. Paris. t. 16. f. 1.

In pratis spongiosis prope *Druent.*

NARDUS.

Cor. bivalvis. Cal. o. Sem. tectum.

NARDUS aristata.

N. calycibus aristatis. L. sp. pl. 78. Bocc. Mus. 2. p. 74. t. 57. Barr. t. 117. f. 1.

Locis declivibus secus Padum, et prope *la Molinetta.*

DIGYNIA.

LEERSIA. *Leersie.*

Cal. o. Cor. 2. valvis clausa.

LEERSIA oryzoides. W.

L. panicula effusa, spiculis triandris patulis, glumis carina ciliatis. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 325. Host. Gram. austr. p. 27. t. 35.

Secus fossas locis calidioribus provenit.

PHALARIS.

Cal. 2. valvis; valvis carinatis aequalibus corollam includentibus.

PHALARIS aspera W.

P. panicula mutica cylindrica spiciformi, glumis calycinis carinatis, superne gibbis corolla bivalvi glabra. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 328. Host. Gram. austr. 2. p. 28. t. 37.

Ad margines agrorum locis sterilibus, praesertim prope *la Molinetta.*

PHALARIS utriculata.

P. panicula spicata, petalis arista articulata, vagina supremi folii spathiformi. L. Sp. 80. Host. l. c. vol. 3. p. 6. t. 7.

In pratis *di Vanchia* prope *Padi* portam, alibique.

PANICUM *Panic.*

Cal. 3. valvis: tertio dorsali minori.

PANICUM verticillatum.

P. spica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris bisetis, culmis diffusis. L. Sp. pl. 82. Host. gram. austr. 1. p. 11. t. 13.

Ad vias, in hortis, ac in arvis passim.

*Simile* viridi, *sed spica racemis longioribus* 3. 1. 4. *deorsum secundis.*

PANICUM glaucum.

P. spica tereti, involucellis 2. floris fasciculato-pilosis, seminibus undulato-rugosis. L. Syst. 12. p. 87. Host. l. c. p. 13. t. 16.

Frequens in arvis.

*Semina striis undulatis notata.*

PANICUM viride.

P. spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis, seminibus nervosis. L. sp. 83. Host. l. c. p. 12. t. 14.

In pratis, atque ad agrorum limites. *Sem. glabra.*

PANICUM Crus galli.

P. spicis alternis conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari. L. sp. 83. Host. l. c. p. 15. t. 19.

Frequens in arvis, et pratis humidis, aut aquosis.

PANICUM Burmanni W.

P. spicis subquaternis remotis secundis, simplicibus, florum glumis binis exterioribus aristatis. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 339. Host. l. c. 3. p. 36. t. 52.

Locis umbrosis subhumidis ad sylvas, signatim supra *la Molinetta.*

PANICUM sanguinale.

P. spicis digitatis basi interiore nodosis, flosculis geminis

muticis, vaginis foliorum punctatis. L. sp. 84. Host. l. c. Vol. 2. p. 14. t. 17.

In arvis ubique.

PANICUM Dactylon.

P. spicis digitatis patentibus: basi interiore villosis, floribus solitariis, sarmentis repentibus. L. sp. 85. Host. l. c. p. 15. t. 18.

In arvis heu nimium frequens! Vern. *Gramon.*

PHLEUM. *Phléole.*

Cal. 2. valvis truncatus, mucronatus sessilis.

PHLEUM pratense.

P. spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. L. Syst. 12. p. 88. Host. l. c. 3. p. 7. t. 9.

In pratis prope *Eremum*, tum etiam prope *la Mandria.*

ALOPECURUS. *Vulpin.*

Cal. 2. valvis Cor. 1. valvis apice simplici.

ALOPECURUS pratensis.

A. culmo spicato erecto, glumis villosis, corollis muticis L. Syst. 12. p. 89. Host. gram. austr. 2. p. 24. t. 31.

In pratis et pascuis.

ALOPECURUS agrestis.

A. culmo spicato erecto, glumis laevibus. L. Syst. 12. p. 89. Host. Gram. austr. 3. 9. t. 12.

Ad limites agrorum frequens.

ALOPECURUS geniculatus.

A. culmo spicato infracto, corollis muticis. L. Syst. 12. p. 89. Host. Gram. austr. 2. p. 24. t. 32.

Ad fossas aquarum prope *Druent*, *Sangon*, et *Stupinixium.*

MILIUM. *Millet.*

Cal. 2. valvis: valvis ventricosis corolla majoribus, subaequalibus.

MILIUM effusum.

M. floribus paniculatis dispersis muticis. L. Sp. 90. Host. l. c. 3 p. 16. t. 22.

In sylvis collium Taurinensium.

AGROSTIS.

Cal. 2. valvis: valvis acutis corolla brevioribus.

AGROSTIS Spica venti.

A. petalo exteriore arista recta stricta longissima, panicula patula. L. Syst. 12. p. 90. Host. l. c. p. 32 t. 47.

Vulgatissima in agris.

AGROSTIS interrupta.

A. petalo exteriore aristato, panicula attenuata, coarctata interrupta. L. Sp. 92. Host. l. c. p. 33. t. 48.

Ad Padi ripam ante *Valentinum*, ac locis arenosis prope Padum versus *S. Mauro*.

AGROSTIS Calamagrostis.

A. panicula incrassata, petalo exteriore toto lanato apice aristato, culmo ramoso. L. Sp 92.

Ad oras torrentium in collibus Taurinensibus; occurrit praesertim secus rivulum *di Sassi*.

AGROSTIS serotina.

A. panicula flosculis oblongis mucronatis, culmo obtecto, foliis brevissimis. L. Mant. 30. Host. gram. austr. 2. p. 65. t. 92.

Locis calidioribus collium, valdeque declivibus provenit.

AGROSTIS rubra.

A. paniculae parte florente patentissima, petalo exteriore glabro, arista terminali tortili recurva. L. Sp. 92.

In pratis humidis, et macilentis prope *Druent*, et *la Veneria*.

*Deflorata tota rubescens.*

AGROSTIS canina.

A. calycibus elongatis, petalorum arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. L. Syst. 12. p. 90. Oed. dan. t. 161.

In pascuis humidis *della Mandria.*

*Arista setacea alba flosculo duplo longiore, recta, medio notata geniculo fusco.*

AGROSTIS alba.

A. panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente. Wild. sp. pl 1. p. 1. pag. 371.

Secus pratorum fossas, locisque humidis collium Taur.

*Glumae ad dorsum tantum villosulae.*

AGROSTIS stolonifera.

A. paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. L. fl. sv. n. 66. Oed. dan. 564.

Ubique in pratis, et pascuis humidiusculis.

AIRA. *Canche.*

Cal. 2. valvis. Flosculi absque rudimento tertii.

AIRA cespitosa.

A. fol. planis, panicula patente, petalis basi pilosis, aristatisque, arista recta brevi. L. sp. 96. Host. gram. austr. 2. p. 31. t. 42.

In pratis secus Sturam, et *della Mandria.*

AIRA caryophyllaea.

A. fol. setaceis, panicula divaricata, floribus aristatis distantibus. L. sp. 97. Host. gram austr. 2. p. 23. t. 44.

In pascuis declivibus prope *la Molinetta*, alibique, praesertim in collibus.

MELICA. *Mélique.*

Cal. 2. valvis. Cor. ovata; valvis acutiusculis.

MELICA nutans.

M. petalis imberbibus, panicula nutante simplici. L. Sp.

98. Host. Gram. austr. 2. p. 9. t. 10.
In sylvis.

MELICA uniflora W.

M. panicula rara, calycibus bifloris: flosculo altero hermaphrodito: altero neutro. Sp. pl. 1. p. 1. p. 383. Host. Gram. austr. 2. p. 9. t. 11.

Ad oras sylvarum in collibus Taurinensibus, aliisque locis umbrosis reperitur.

MELICA caerulea.

M panicula coarctata, floribus cylindricis. L. Mant. 325. Oed. dan. 239.

In sylvis *della Mandria*, ac vallis *Salicum* dictae, tum secus Sturam reperit eximius noster *PIOTTA*.

POA. *Paturin*.

Cal. 2. valvis. Cor. oblonga: valvis mucronatis.

POA trivialis.

P. panicula diffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. L. Syst. 12. p. 93. Host. Gram. austr. 2. p. 45. t. 62.

In sylvis.

*Folia plana, subtus scabra, vagina longa, laeviuscula.*

POA angustifolia.

P. panicula diffusa, spiculis 4 floris pubescentibus, culmo erecto tereti. L. Sp. 99. Leers herb. n. 67. t. 6. f. 3.

In pratis.

*Fol. angustiora, laevia, contorta, glauca.*

POA pratensis.

P. panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. L. Sp. p. 99. Host. Gram. aust. 2. p. 44. t. 61.

Ubique in pratis.

*Fol. glabra, laevia, ut culmus. Vaginae membrana brevis obtusa, obtruncata.*

*Limites pro tribus memoratis speciebus, ac sequenti vix adhuc perspicue dati sunt.* Wild. sp. pl. 1. p. 1. pag. 388.

Poa annua.

P. panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. L. sp. 99. Host. l. c. p. 46. t. 64.

Vulgatissima ubique.

Poa pilosa.

P. panicula patente stricta: ramificationibus primariis pilosis. L. sp. 100. Host. l. c. p. 49. t. 68.

Secus fossas, locis udis ad viam *Stupinixii*, alibique.

Poa rigida.

P. panicula lanceolata subramosa secunda: ramulis alternis secundis. L. sp. 101. Host. l. c. p. 53. t. 74.

Ad scalam ecclesiae *de Superga*, tum etiam ad portam novam prope *la Consegna.*

Poa compressa.

P. panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso, L. Sp. 101. Host. l. c. p. 51. t. 70.

In arvis, ac pascuis arenosis.

Poa nemoralis.

P. panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. L. Sp. 102. Host. Gram. austr. 2. p. 51. t. 71.

In sylvis umbrosis.

Poa cristata.

P. panicula spicata, calycibus subpilosis subquadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. L. Syst. veg. 115. Host. l. c. p. 55. t. 75.

*Aira valesiana* All. var.

In pascuis herbidis, ac declivibus. Var. a secus *Serunda* prope *la Mandria.*

POA bulbosa.

P. panicula secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris. L. Sp. 102. Host. l. c. p. 47. t. 65. Eadem *vivipara* var.

In pascuis siccis et declivibus.

BRIZA. *Brize*.

Cal. 2. valvis. Cor. ovata: valvis acutiusculis.

BRIZA minor.

B. spiculis triangulis, calyce flosculis (7) longiore. L. sp. 102. Host. Gr. austr. 2. p. 22. t. 28.

Secus arva prope *la Veneria*, et *Stupiniggi*.

BRIZA media.

B. spiculis ovatis, calyce flosculis (7) breviore. L. Sp. 103. Host. l. c. p. 22. t. 29.

In pratis sat frequens.

BRIZA Eragrostis.

B. spiculis lanceolatis, flosculis viginti. L. Sp. p. 103. Barr. rar. t. 43.

Vulgatissima in agris.

DACTYLIS. *Dactyle*.

Cal. 2. valvis: valva majore longiore compressa carinata.

DACTYLIS glomerata.

D. panicula secunda glomerata. L. Sp. 105. Host. l. c. p. 67. t. 94.

Abunde in pratis.

CYNOSURUS. *Cynosure*.

Involucrum monophyllum, laterale. Flos compositus.

CYNOSURUS cristatus.

C. bracteis pinnatifidis. L. Sp. 105. Host. l. c. p. 68. t. 96.

In pratis ubique.

CYNOSURUS echinatus.

C. bracteis pinnato-paleaceis aristatis. L. sp. 105. Host. l. c. p. 67. t. 95.

Inter segetes collium, praesertim versus *Moncalieri*, tum etiam extra Segusii portam.

Cynosurus durus.

C. spiculis alternis secundis sessilibus rigidis-obtusis appressis. L. sp. 105. Host. l. c. p. 53. t. 73.

Locis conculcatis prope Valentinum, tum etiam Stupinixii ante *la fabbrica delle cassine.*

Festuca. *Fétuque.*

Cal. 2. valvis. Cor. oblonga: valvis mucronatis.

Festuca ovina.

F. panicula secunda coarctata, aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. L. sp. 108. Host. l. c. p. 60. t. 84.

In pascuis macilentis, et declivibus.

Festuca duriuscula.

F. panicula secunda oblonga, spiculis, sexfloris oblongis laevibus, foliis setaceis. L. sp. 108. Host. l. c. p. 59. t. 83.

In pratis.

Festuca heterophylla W.

F. foliis laxis, radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus, panicula rara secunda, spiculis subsexfloris lanceolatis glabris aristatis. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 421. Host. Gr. austr. 3. p. 13. t. 18.

Secus nemora collium Taurinensium prope *Eremum.*

Festuca Myurus.

F. panicula spicata, calycibus minutissimis muticis, floribus scabris: aristis longis Wild. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 422. Host. l. c. p. 66. t. 93.

Locis sterilibus, ad muros vetustos, et secus agros macilentos.

Festuca decumbens.

F. panicula erecta, spiculis subovatis muticis, calyce flosculis majore, culmo decumbente. L. sp. pl. 110. Host. l. c. p. 52. t. 72.

In pascuis editioribus collium *Taurin.* et *della Mandria*, tum etiam in sylvis *Stupinixii.*

FESTUCA elatior.

F. panicula secunda erecta, spiculis subaristatis: exterioribus teretibus. L. sp. 111. Host. Gr. austr. 2. p. 57. t. 79.

In pratis pinguibus et irriguis.

FESTUCA fluitans.

F. panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. L. sp. 111. Host. l. c. p. 55. t. 77.

Secus fossas ad fluentes aquas.

FESTUCA phleoides Vill.

F. panicula spicata, calycibus subtrifloris dorso ciliatis, corollis sub apice aristatis. Fl. delph. 2. p. 95. t. 2, f. 7. Host. l. c. 3. p. 15. t. 21.

In pascuis sterilibus et arenosis.

BROMUS. *Brome.*

Cal. 2. valvis. Cor. oblonga: valvis sub apice aristatis.

BROMUS mollis.

B. panicula erectiuscula, spicis ovatis pubescentibus: aristis rectis, foliis mollissime villosis. L. Syst. 12. p. 97. Host. Gram. austr. 1. p. 16. t. 19.

In pratis pinguibus.

BROMUS asper.

B. panicula ramosa nutante scabriuscula, spiculis linearibus subteretibus decemfloris pilosis aristatis, culmo, foliisque hirtis. Wild. sp. 1. p. 1. pag. 432. Host. Gram. austr. 1. p. 6. t. 7.

In summo colle Taurinensi versus *Pecceto* secus rivulos.

BROMUS sterilis.

B. panicula patula, spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. L. sp. 113. Host. l. c. p. 13. t. 16.

In pascuis, pratis macilentis, et ad muros.

BROMUS arvensis.

B. panicula nutante, spiculis ovato-oblongis. L. sp. 113. Host. l. c. p. 12. t. 14.

Ad agrorum limites.

BROMUS tectorum.

B. panicula nutante, spiculis linearibus. L. sp. 114. Pluk. Alm. 174. t. 299. f. 2.

In pascuis macilentis declivibus.

BROMUS giganteus.

B. panicula nutante, spiculis quadrifloris, aristis brevioribus. L. sp. 114. Host. l. c. p. 6. t. 6.

Secus rivulos *della Molinetta*, ac secus torrentes collium locis pinguibus, et umbrosis.

BROMUS dumosus Vill.

B. spica nutante, spiculis ovato oblongis subhirsutis et aristatis. Vill. delph. 2. p. 119.

In omnibus dumetis, ad sepes, sylvarum oras etc.

BROMUS pinnatus.

B. spiculis alternis subsessilibus teretibus subaristatis, culmo indiviso. L. Syst. 12. p. 98. Host. l. c. p. 18. t. 22.

In pascuis ac pratis macilentis, siccis.

BROMUS squarrosus.

B. panicula nutante, spiculis ovatis: aristis divaricatis. L. sp. 112. Host. l. c. p. 11. t. 13.

In pascuis sterilibus, ac declivibus.

AVENA. *Avoine.*

Cal. 2. valvis. Cor. oblonga: valvis dorso arista contorta.

AVENA elatior.

A. paniculata, calycibus bifloris flosculo hermaphrodito submutico, masculo aristato. L. sp. 117. Host. Gram. austr 2. p. 36. t. 49.

In pratis pinguibus.

AVENA sterilis.

A. paniculata, calycibus quinquefloris: exterioribus flosculis aristisque basi pilosis; interioribus muticis. L. Syst. 12. p. 99. Host. l. c. p. 42. t. 57.

Inter segetes collium.

AVENA flavescens.

A. panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. L. sp. 118. Host. l. c. t. 3. p. 26. t. 38.

In pratis.

AVENA spicata.

A. calycibus sexfloris longioribus: petalo exteriore apice aristato furcatoque. L. Syst. 12. p. 95. Vill. delph. 2. t. 2. f. 9.

In pratis macilentis *della Mandria*, tum etiam in summo colle Taurinensi.

AVENA bromoides.

A. subspicata: spiculis binatis: altera pedunculata, aristis divaricatis, calycibus octofloris. L. sp. 1666. Scheuch. gram. t. 4. f. 21. 22.

In pascuis saxosis collium supra *Cavoretto*.

ARUNDO. *Roseau*.

Cal. 2. valvis. Cor. basi lanata, mutica.

ARUNDO Phragmites.

A. calycibus quinquefloris, panicula laxa. L. sp. 120. Leers. Herb. t. 7. f. 1. Vern. *Canei*.

Locis humidis ac paludosis ubique.

ARUNDO epigejos.

A. calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. L. sp. 120.

Locis arenosis secus Sturam.

ARUNDO colorata W.

A. calycibus carinatis unifloris, corollis glabris basi penicillis duobus lanuginosis, foliis planis. Sp. pl. 1. p. 1. pag. 457. Host. Gram. austr. 2. p. 25. t. 33.

Locis aquosis.

LOLIUM *Yvraie.*

Involucrum. 1. phyllum, uniflorum. Flos compositus.

LOLIUM perenne.

L. spica mutica, spiculis compressis multifloris. L. sp. 122. Host. l. c. vol. 1. p. 20. t. 25.

In pratis, secus vias vulgatissimum.

†. LOLIUM temulentum.

L. spica aristata, spiculis compressis multifloris. L. Syst. 12. p. 100. Host. l. c. p. 20. t. 26. Vern. *Giuj.*

Inter segetes.

ELYMUS. *Elyme.*

Involucrum tetraphyllum biflorum. Flos compositus.

ELYMUS caninus.

E. spica nutante arcta, spiculis rectis involucro destitutis, infimis geminis. L. sp. 124. Host. Gr. austr. 2. p. 20. t. 25.

In sylvis.

HORDEUM. *Orge.*

Involucrum hexaphyllum, triflorum. Flos simplex.

HORDEUM murinum.

H. flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. L. sp. 126. Host. l. c. p. 25. t. 32.

In omnibus pascuis, et secus muros.

TRITICUM. *Froment.*

Cal. multiflorus.

* TRITICUM repens.

T. calycibus subulatis quadrifloris acuminatis, foliis planis. L. Syst. 12. p. 102. Host. l. c. p. 17. t. 21. *Chiendent* Gall. Vern. *Gramon.*

In pascuis, et ad sepes.

TRITICUM biunciale Vill.

T. spicis basi ramosis, spiculis compressis acuminatis sub-

quadrifloris Delph. 2. p. 167. Scheuch. agrost. p. 272. t. 6. f. 3.
In pascuis siccis declivibus *della Molinetta.*

LAPPAGO. *Racle.*

Cal. subtrivalvis. Cor. bivalvis resupinata!

LAPPAGO racemosa W.

Cenchrus *(racemosus)* panicula spicata, glumis muricatis, setis ciliaribus. L. sp. 1487. Host. l. c. vol. 1. p. 28. t. 36.
In pascuis sterilibus, ac sabulosis ubique.

TRIGYNIA.

HOLOSTEUM. *Holosté.*

Cor. 5. petala. Cal. 5. phyllus. Caps. apice dehiscens.

HOLOSTEUM umbellatum.

H. floribus umbellatis. L. Sp. 130. Moris. hist. 2. p. 546. s. 5. t. 22. f. 46.
In vineis vallis *di Sassi* dictae, tum etiam ad muros vinearum meridiem spectantium versus *Pecceto.*

POLYCARPON. *Polycarpe.*

Cor. 5. petala. Cal. 5. phyllus. Caps. trivalvis.

POLYCARPON tetraphyllum.

P. caule ramoso prostrato, foliis quaternis L. suppl. 116. Lam. Illustr. t. 51.
Secus viam, qua itur ad *montem Cappucinorum* reperit diligens Botanices cultor *BALLADA*, ubi et ipse postea observavi augusti initio; *PIOTTA* circa aedem de *Superga.*

# CL. IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

GLOBULARIA. *Globulaire.*
J. foliis planis pilosis, corymbo ramoso. L. sp. 468. Host. l. c. p. 66. t. 100.

In sylvis frequens.

*Fl. corymbosi, pediculi graciles, divergentes.*

Juncus niveus.

J. foliis planis sub-pilosis, corymbis folio brevioribus, flo-

ribus fasciculatis. L. sp. 468. Moris. hist. 3. s. 8. t. 9. f. 39.

In omnibus sylvis collium, tum etiam in nemoribus supra *l' Idraulica*.

JUNCUS campestris.

J. foliis planis subpilosis, spicis sessilibus, pedunculatisque. L. sp. 468. Leers herb. t. 13. f. 5.

In pascuis macilentis herbidis.

*Spicae sessiles, vel pedunculatae laxae, aut adpressae, rectae, aut pendulae umbellulam incompletam efformantes.*

BERBERIS. *Vinettier.*

Cor. 6. petala. Cal. 6. phyllus inferus. Bacca 2. sperma.

* BERBERIS vulgaris.

B. pedunculis racemosis. L. sp. 471. Lam. illustr. t. 253. f. 1. Gall. *Epine vinette*. Vern. *Spinaut*.

In dumetis secus *Padum*, *Sturam* et *Sangone*.

*Stamina acu irritata versus pistillum adducuntur.*

PEPLIS. *Péplide.*

Cal. 10. fidus. Caps. 2. locularis.

PEPLIS Portula.

P. floribus apetalis. L. sp. 474. Oed. dan. t. 64.

In fossis aquarum lente fluentium in nemoribus supra *Stupinixium*.

TRIGYNIA.

RUMEX.

Cal. 3. phyllus. Cor. 3. petala. Caps. basi dehiscens.

* RUMEX Nemolapathum.

R. floribus hermaphroditis, valvulis linearibus obtusis integerrimis graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato lanceolatis, superioribus lanceolatis. L. Suppl. 212. Lob. ic. 284.

Vulgaris ad fossas.

* RUMEX obtusifolius.

R. floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis,

foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. **L.** sp. 478. Lob. ic. 284.

Locis pinguibus, ac ruderatis.

### * Rumex pulcher.

R. floribus hermaphroditis: valvulis dentatis: subunica granifera, foliis radicalibus panduriformibus. **L.** sp. 477. Moris. hist. 2. s. 5. t. 27. f. 13.

In pascuis admodum frequens.

*Ramosissimus; folia radicalia panduriformia, caulina integra, lanceolata, acuta.*

### Rumex scutatus.

R. floribus hermaphroditis, foliis cordato-hastatis, caule tereti. L. Syst. 12. p. 255. Moris. hist. 2. s. 5. t. 28. f. 9.

Inter congestos lapides secus *Sangon*, prope *Beynasco*.

### * Rumex Acetosa.

R. floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. L. sp. 481. Ic. Taur. 7. t. 4. Vern. *Asivola*. Gal. *Oselle*.

In pratis ubique.

### * Rumex Acetosella.

R. floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis. **L.** sp. 481. Bauh. hist. 2. p. 292.

In agris et pascuis sabulosis eundo *alla Molinetta*, retro magnum hortum *Valentini*, alibique.

## Colchicum. *Colchique.*

Cal. Spatha. Cor. 6 petaloidea.

### * † Colchicum autumnale.

C. foliis planis lanceolatis erectis. **L.** sp. 485. Lam. illustr. t. 267. Vern. *Freidolina*.

In pratis, praesertim collinis frequens.

*Folia primovere, flores ad finem augusti profert, suntque tristia advenientis hyemis praenuntia.*

## POLYGYNIA.

ALISMA. *Fluteau.*

Cal. 3. phyllus. Cor. 3. petala. Peric. plura.

ALISMA Plantago.

A. foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. L. sp. 486. Oed. dan. 561. Gall. *Plantain-d'eau.*

In aquis stagnantibus.

## HEPTANDRIA. MONOGYNIA.

AESCULUS. *Maronnier.*

Cal. 5. dentatus. Cor. 5. petala, inaequalis. Caps. 3. locularis, 2. sperma.

* AESCULUS Hippocastanum.

Ae. foliis digitatis septenis: corollis pentapetalis patulis. Wild. Sp. pl. 2. p. 1. pag. 285. Gall. *Maronnier d'inde.* Vern. *Castagna d' india.*

Ex septentrionaliori Asia in Europam translata, modo apud nos veluti indigena ubique colitur, mireque luxuriat (1).

## OCTANDRIA MONOGYNIA.

OENOTHERA. *Onagre.*

Cor. 4. petala. Cal. 4. fidus tubulosus, superus. Caps. 2. locularis. Antherae lineares.

OENOTHERA biennis.

O. foliis ovatis lanceolatis planis, caule muricato villoso. L. Syst. 12. p. 263. Oed. dan. 446.

Locis sabulosis secus flumina.

EPILOBIUM. *Epilobe.*

Cor. 4. petala. Cal. 4. fidus tubulosus superus. Caps. 4. locul. Sem. comosa.

---

(1) *Huc retuli, ut Botanices studiosi septimae Linnaeanae classis aliquod haberent specimen.*

Epilobium angustissimum W.

E. foliis sparsis linearibus obsolete denticulatis aveniis, petalis aequalibus integerrimis. Sp. pl. 2. p. 1. pag. 313. Ic. Taur. 14. t. 14.

Secus *Sturam*, in arenosis torrentium retro *Superga*, et *di Sangon.*

Epilobium hirsutum W.

E. foliis oppositis, alternisque subamplexicaulibus ovato-lanceolatis serratis glabriusculis venis hirsutis, caule ramosissimo hirsuto. Sp. pl. 2. p. 1. pag. 315. Fl. dan. 326.

Ad fossarum oras, locisque humidis.

*Flores purpurei, magni.*

Epilobium pubescens W.

E. foliis oppositis alternisque subsessilibus lanceolatis denticulatis utrinque pubescentibus, caule simplici villoso. Sp pl. 2. p. 1. pag. 315. Fl. dan. 347.

Iisdem locis nascitur.

Chlora. *Chlore.*

Cor. 8. fida. Cal. 8. phyllus, interus. Caps. 1. locul. 2. valvis, polysperma.

Chlora perfoliata.

C. foliis perfoliatis. L. Syst. veg. 299. Moris. hist. 2. s. 26. t. 5. f. 1. 2.

Locis subhumidis, calidisque prope *Riaje*; frequens locis cretaceis.

Erica. *Bruyere.*

Cor. 1. petala. Cal. 4. phyllus, inferus. Filam. receptaculi. Capsula.

* * Erica vulgaris.

E. antheris bicornibus inclusis, corollis inaequalibus, campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis. L. sp. 501. Bull. herb. t. 341. Vern. *Bru.*

In sylvis et pascuis collium, et *della Mandria.*

DAPHNE.

Cal. 4. fidus, corollinus, aequalis. Stam. inclusa. Drupa pulposa monosperma.

* † DAPHNE Mezereum.

D. floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. L. sp. 509. Bull tab. 1. Gall. *Bois gentil*.

In nemoribus frigidis collium.

† DAPHNE Laureola.

D. racemis axillaribus quinquefloris, foliis lanceolatis glabris. L. Syst. 12. p. 272. Jacq. austr. 183.

In editioribus collibus non longe a *Superga*, secus *il Rio di Sassi*, ac versus *Baldissero*, sed rara.

† DAPHNE Cnecrum.

D. floribus fasciculatis terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis nudis. L. Syst. 12. p. 272. Bull. herb. t. 121.

In sylvis *della Mandria*.

STELLERA. *Stellère*.

Cal. 4. fidus corollinus aequalis. Stam. inclusa. Nux.

STELLERA Passerina.

S. foliis linearibus, floribus quadrifidis. L. sp. 512. Col. ecphr. t. 80. Gall. *Herbe à l'hirondelle*.

In arvis arenosis.

## TRIGYNIA.

POLYGONUM. *Renouée*.

Cor. 0. Cal. 5. partitus. Sem. 1. nudum.

* POLYGONUM amphibium.

P. floribus pentandris semidigynis, spica ovata. L. Syst. 12. p. 275. Oed. dan. t. 282.

Secus Padum.

* POLYGONUM Hydropiper.

P. floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, sti-

pulis submuticis. L. sp. 517. Ic. Taur. 23. t. 96. Gall. *poivre d'eau, curage, renouée acre.* Vern. *Erba brusa.*

Secus fossas ubique.

POLYGONUM minus W.

P. floribus hexandris submonogynis, foliis lineari-lanceolatis, caule basi repente. Sp. pl. 2. p. 1. pag. 445. Lob. ic. 316.

In fossis semper humentibus pratorum versus *il Martinetto.*

* POLYGONUM Persicaria.

P. floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. L. sp. 518. Fl. dan. 702. Vern. *Erba pules.*

Locis umbrosis et ruderatis.

*Folia persaepe nigro-maculata.*

* POLYGONUM aviculare.

P. floribus octandris trigynis axillaribus foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. L. sp. 519. Ic. Taur. 13. t. 58. Gall. *Trainasse, achée, renouée.* Vern. *Erba rabloira.*

Frequentissime ad vias, in ruderatis occurrit.

POLYGONUM Bellardi W.

P. floribus octandris trigynis axillaribus, ochreis ciliatis, foliis lanceolatis acutis, caule erecto, Sp. pl. 2. p. 1. pag. 450. All. Fl. ped. n.° 2052. t. 90. f. 2.

In arvis, post messes frequens.

*Vix a praecedenti diversum, nisi caule erecto.*

POLYGONUM Convolvulus.

P. foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtusatis. L. Syst. 12. p. 276. Fl. dan. 744. Gall. *Vrillée bâtarde.*

In arvis.

POLYGONUM dumetorum.

P. foliis cordatis, caule volubili laevi floribus carinato-

alatis. L. sp. 522. Fl. dan. 756. Gall. *Grande urillée bâtarde.*

In sylvis Venariae.

## TETRAGYNIA.

### PARIS. *Parisette.*

Cor. 4. petala, subulata. Cal. 4. phyllus. Bacca 4. locularis.

† PARIS quadrifolia.

P. foliis quaternis. L. sp. 526. Fl. dan. 139. Gall. *Raisin de renard.*

In sylvis umbrosis frigidis, et pinguibus collium.

*Occurrit quandoque foliis quinis, speciatim in sylvis* vineae Morozzo.

## ENNEANDRIA. MONOGYNIA.

### LAURUS. *Laurier.*

Cal. o. Cor. 6. petala, calycina. Bacca 1. sperma. Nectarii glandulae bisetae.

* LAURUS nobilis.

L. foliis venosis lanceolatis perennantibus, floribus quadrifidis dioicis. L. sp. 529. Ic. Taur. 22. t. 62. Vern. *Laur.*

In vineis collium Taurinensium occurrit, ubi data opera primum exculta fuisse videtur.

## DECANDRIA. MONOGYNIA.

### DICTAMNUS. *Dictame.*

Cor. patula. Filam. pulveracea. Caps. 5. connexae. Sem. arillata.

* DICTAMNUS albus.

D. L. sp. 548. Ic. Taur. 3. tab. 22. 23.

In apricis collibus inter *Mongrano* et *Superga*, ac prope *la Maddalena.*

### MONOTROPA. *Monotrope.*

Cal. corollinus, basi gibbus. Caps. 5. locul. polysperma.

MONOTROPA Hypopithys.

M. floribus lateralibus octandris, terminali decandro. L. sp. 555. Lam. Illustr. t. 362. f. 2. Gall. *Sucepin.*

In sylvis umbrosis vallis *Divi Martini* in collibus Taurinensibus.

## DIGYNIA.

SAXIFRAGA. *Saxifrage.*

Cor. 5. petala. Cal. tubulosus, basi nudus. Caps. 1. locul. oblonga.

SAXIFRAGA bulbifera.

S. foliis palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero. Sp. 577. Fl. dan. 390.

In pascuis saxosis versus *la Molinetta*, et alibi.

SAXIFRAGA Tridactylites.

S. foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso L. sp. 578.

Primo vere in arvis et pascuis siccis ubique.

SCLERANTHUS. *Gnavelle.*

Cor. o. Cal. 5. fidus, inferus. Sem. 2.

SCLERANTHUS annuus.

S. calycibus fructus patulis. L. sp. 580. Ic. Taur. 10. t. 66.
In arvis.

SCLERANTHUS perennis.

S. calycibus fructus clausis. L. sp. 580. Vaill. Paris. t. 1. f. 5.
In pascuis arenosis secus *Sturam.*

GYPSOPHYLA. *Gypsophile.*

Cor. 5. petala. Cal. 5. partitus campanulatus. Caps. 1. locul. globosa.

GYPSOPHILA muralis.

G. foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. L. sp. 583. J. Bauh. 3. 338. f. 1.
Inter stipulas, locis argillosis.

GYPSOPHYLA Saxifraga.

G. foliis linearibus, calycibus angulatis: squamis quatuor, corollis emarginatis. L. sp. 584. Barr. ic. 998.

In pascuis saxosis ubique.

SAPONARIA. *Saponaire.*

Cor. 5. petala. Cal. 5. partitus. Caps. 1. locul. 2. rostris.

* SAPONARIA officinalis.

S. calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. L. sp. 584. Ic. Taur. 3. t. 25.

In pascuis vulgatissima.

SAPONARIA Ocymoides.

S. calycibus cylindricis villosis, caulibus dichotomis procumbentibus. L. sp. 585. Jacq. austr. app. t. 23.

Ad sylvas, et vineas collium.

DIANTHUS. *Oeillet.*

Cor. 5. petala. Cal. tubulosus, basi squamosus. Caps. 1. locul. oblonga.

DIANTHUS carthusianorum.

D. floribus aggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, foliis trinerviis. L. Syst. 12. p. 307. Ic. Taur. 11. t. 67. et 20. f. 21.

Ad oras sylvarum frequens.

DIANTHUS atro-rubens W.

D. floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis aristatis, tubo brevioribus, involucro ovato aristato longitudine capituli, foliis lineari-lanceolatis enerviis. Sp. pl. 2. p. 1. pag. 672. Jacq. ic. rar. t. 467.

Ad oras sylvarum *della Mandria.*

DIANTHUS Armeria.

D. floribus aggregatis fasciculatis: squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. L. sp. 586. Fl. dan. 230.

Ad sylvas, sed rara.

DIANTHUS prolifer.

D. floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. L. sp. 587. Oed. dan. t. 221.

In pascuis macilentis saxosis declivibus.

## TRIGYNIA.

CUCUBALUS. *Cucubale.*

Caps. 3. locul. Petala 2. fida, fauce nuda.

CUCUBALUS Behen.

C. calycibus subglobosis glabris, reticulato-venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis. L. sp. 591. Ic. Taur. 3. t. 44.

In omnibus pratis.

CUCUBALUS Otites.

C. floribus dioicis, petalis linearibus indivisis. L. sp. 594. Oed. dan. 518.

In pascuis saxosis collium editiorum supra *Reviglia-sco* et *Peccetto.*

SILENE.

Caps. 3. locul. Petala 2. fida, fauce coronata.

SILENE gallica.

S. floribus subspicatis alternis secundis, petalis indivisis, fructibus erectis. L. sp. 595. Vaill. Paris. t. 16. f. 12.

In arvis prope *Colegno.*

SILENE nutans.

S. petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. L. sp. 596. Oed. dan. 242.

Ad semitas sylvarum, et ad muros in collibus Taurinensibus obvia.

SILENE baccifera W.

S. calycibus fructiferis cernuis inflatis laevibus, capsulis coloratis, ramis divaricatis. Sp. pl. 2. p. 1. pag. 700. Ic. Taur. 25. t. 25.

Passim in sepibus collium.

SILENE Armeria.

S. floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. L. Syst. 12. p. 311. Oed. dan. t. 559.

Secus *Sturam*, et *alla ficca della Dora.*

STELLARIA. *Stellaire.*

Caps. 1. locularis. Petala 2. partita, patentia.

STELLARIA Holostea.

S. foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis. L. sp. 603. Lam. Illustr. t. 378.

In collibus secus *il Rio di Sassi*, ac in nemoribus *della Mandria.*

STELLARIA graminea.

S. foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. L. sp. 604. Ic. Taur. 19. t. 13. f. 1.

Ad fossarum margines secus viam Ripularum circa *Colegno*; et in sylvis *Stupinixii* reperi. *PIOTTA* ad rivulum prope *l'Ergastolo.*

ARENARIA. *Sabline.*

Caps. 1. locul. Petala integra, patentia.

ARENARIA trinervia.

A. foliis ovatis acutis, petiolatis nervosis. L. sp. 605. Oed. dan. 409.

In umbrosis ad oras sylvarum, praesertim in collibus.

ARENARIA serpyllifolia

A. foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. L. sp. 606. Fuchs. hist. 23.

Ad muros, locis aridis ubique.

ARENARIA rubra.

A. foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus. L. sp. 606. J. Bauh. hist. 3. p. 723. f. 3.

In sabulosis secus *Sturam*, atque in arvis prope *Stupiniggi.*

ARENARIA tenuifolia.

A. foliis subulatis, caule paniculato, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. L. Syst. 12. p. 313. Fl. dan. 389.

Ad muros, ac loca arida saxosa.

ARENARIA laricifolia.

A. foliis setaceis, caule superne nudiusculo, calycibus subhirsutis. L. sp. pl. 607. Jacq. austr. t. 272.

Locis saxosis trans *Superga* secus viam.

## PENTAGYNIA.

SEDUM.

Caps. 5. ad nectaria. Cor. 5. petala.

* SEDUM Telephium.

S. foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. L. sp. 616. Decand. pl. gr. t. 92. Gall. *Orpin, reprise.*

Ad vineas, et sylvas collium, locis praesertim apricis versus *Superga.*

SEDUM dasyphyllum.

S. foliis oppositis ovatis obtusis carnosis, caule infirmo, floribus sparsis. L. sp. 618. Decand. pl. gr. t. 93.

In muris, ac inter saxa.

SEDUM reflexum.

S. foliis subulatis sparsis, basi solutis inferioribus recurvatis. L. sp. 618. Decand. pl. gr. t. 116.

*Alla Molinetta* laudatus *BIANCHETTI.* Ego prope *Sangon*; *DUC* vero circa *S. Mauro.*

*Folia inferiora recurvata uti hamus.*

SEDUM album.

S. foliis oblongis obtusis teretiusculis, sessilibus patentibus, cyma ramosa. L. sp. 619. Decand. pl. gr. t. 22.

In muris, etiam intra urbem.

SEDUM sexangulare.

S. foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. L. sp. 620. Decand. pl. gr. t. 118.

In pascuis muscosis, siccis, ac ad muros ubique.

SEDUM annuum.

S. caule erecto solitario annuo, foliis ovatis sessilibus gibbis alternis, cyma recurva. L. sp. 620. Ic. Taur. 12. t. 94. f. 1.

Locis arenosis secus *Sturam.*

OXALIS. *Oxalide.*

Caps. 5. locularis angulata. Cor. basi subcohaerens.

* OXALIS Acetosella.

O. scapo unifloro foliis ternatis, radice squamosa articulata. L. Syst. 12. p. 318. Jacq. Oxal. n. 91. p. 114. t. 80. f. 1. Gall. *Pain de coucou, surelle, alléluja.*

Ad arborum caudices locis umbrosis collium.

OXALIS stricta.

O. caule ramoso erecto, pedunculis umbelliferis. L. sp. 624. Jacq. Oxal. t. 4.

In pascuis umbrosis collium, tum etiam secus viam *Stupinixii*, alibique minime rara.

OXALIS corniculata.

O. caule ramoso diffuso, pedunculis umbelliferis. L. sp. 623. Jacq. Oxal. t. 5.

Ad sepes, macerias, et in vineis collium Taurinensium frequens.

AGROSTEMMA.

Cap. 1. locularis oblonga. Cal. tubulosus coriaceus.

AGROSTEMMA Githago.

A. hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. L. sp. 624. Fl. dan. t. 576. Gall. *Nielle;* Vern. *Agnelle.*

Inter segetes frequens.

LYCHNIS. *Lychnide.*

Caps. 3. locul. oblonga. Cal. tubulosus membranaceus.

LYCHNIS Flos Cuculi.

L. petalis quadrifidis, fructu subrotundo. L. sp. 625. Oed. 590.

In pratis irriguis ubique.

LYCHNIS Viscaria.

L. petalis integris. L. sp. 625. Clus. hist. 1. p. 289. f. 2.

Ad oras sylvarum; frequens in nemoribus prope *Superga*, tum in iis *della Mandria* dictis.

LYCHNIS dioica.

L. floribus dioicis. L. sp. 626. Fl. dan. 792.

Ad agrorum margines, ad muros, ac dumetis frequens.

CERASTIUM. *Ceraiste.*

Caps. 1. locularis. Petala 2. fida. Cal. 5. phyllus.

CERASTIUM vulgatum.

C. foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. L. sp. p. 627. Vaill. Par. t. 30. f. 3.

Ad vias, secus arva, in pascuis, pratis macilentis, ubique frequens.

*Simile sequenti, sed denso caespite crescens* W.

CERASTIUM viscosum.

C. erectum villoso-viscosum. L. sp. 627. Vaill. Paris. t. 30. f. 1.

Locis arenosis secus *Sturam* et *Padum*. Copiosissime prope *Druent*.

CERASTIUM semi-decandrum.

C. floribus pentandris, petalis emarginatis. L. sp. 627. Vaill. Par. 30. f. 2.

In pascuis et pratis macilentis.

*Filam.* 5. *sterilia*, 5. *antherifera.*

CERASTIUM arvense.

C. foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce

majoribus. L. sp. 628. Vaill. Par. t. 30. f. 4. 5.

In apricis collibus Taurinensibus circa *Eremum*, et prope *Superga.*

CERASTIUM aquaticum.

C. foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis. L. sp. 629. Ic. Taur. 30. f. 100.

Locis humidis pinguibus, secus fossas.

CERASTIUM manticum.

C. glabrum, caule striato, foliis lanceolatis, pedunculis longissimis, capsulis globosis. L. Syst. 12. p. 320. Ic. Taur. 15. t. 91. f. 5.

In arvis prope *la Molinetta*, ac in pratis macilentis prope *Eremum*, et *alla Mandria.*

SPERGULA. *Spargoutte.*

Caps. 1. locularis polysperma. Pet. integra. Cal. 5. phyllus.

SPERGULA arvensis.

S. foliis verticillatis, floribus decandris. L. sp. 630. Fl. dan. 1033.

In arvis.

## DECAGYNIA.

PHYTOLACCA.

Cal. 5. phyllus corollinus. Cor. nulla. Bacca 10. cocca.

* * PHYTOLACCA decandra.

P. floribus decandris decagynis. L. sp. 631. Lam. Illustr. t. 393. f. 1.

Secus vias, et domos locis pinguibus occurrit.

## DODECANDRIA. MONOGYNIA.

ASARUM. *Asaret.*

Cor. o. Cal. 3. fidus superus. Caps. 6. locularis.

* ASARUM europaeum.

A. foliis reniformibus obtusis binis. L. sp. 633. Fl. dan. t. 633. Gall. *Cabaret, Rondelle ; Oreille d'homme.*

Supra *S. Mauro*, locis umbrosis

PORTULACA. *Pourpier.*

Cor. 5. petala. Cal. 2. fidus, inferus. Caps. 1. locularis, circumscissa.

* PORTULACA oleracea.

P. foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. L. sp. p. 638. Decand. pl. gr. t. 123.

Ubique abunde.

LYTHRUM. *Salicaire.*

Cor. 6. petala. Cal. 12. fidus, inferus. Caps. 2. locularis.

* LYTHRUM Salicaria.

L. foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. L. sp. 640. Fl. dan. 671.

Ad fossas, et aquosa vulgatissima.

## DIGYNIA.

AGRIMONIA. *Aigremoine.*

Cor. 5. petala. Cal. 10. fidus. Sem. 1. s. 2.

* AGRIMONIA Eupatoria.

A. foliis caulinis pinnatis, impari petiolato, fructibus hispidis. L. sp. 643. Oed. dan. 588.

Ad vias, arva, et sylvarum oras frequens.

## TRIGYNIA.

RESEDA.

Cor. petalis multifidis. Cal. partitus. Caps. 3. locul. hians.

RESEDA alba.

R. foliis pinnatis, floribus tetragynis, calycibus sexpartitis. L. sp. 645. Ic. Taur. 3. t. 87. et 15. t. 4. 8.

In pascuis secus Padum, ac Duriam.

RESEDA lutea.

R. foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. L. sp. 645. Jacq. austr. 352.

Cum praecedenti nascitur.

Euphorbia. *Euphorbe.*

Cor. petalis peltatis. Cal. ventricosus. Caps. 3. cocca.

† Euphorbia Peplus.

E. umbella trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. L. sp. 653. Bull. herb. t. 79.

Locis umbrosis pinguibus.

Euphorbia falcata.

E. umbella trifida, dichotoma, involucellis subcordatis mucronatis, foliis lanceolatis obtusiusculis. L. sp. 654. Jacq. austr. t. 121.

Ad vias, et agros collium.

* † Euphorbia Lathyris.

E. umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppositis integerrimis. L. sp. 655. Bull. herb. t. 105. Gall. *Epurge.*

Ad sylvarum oras, locis pinguibus in valle *Divi Martini* coll. Taurin.

Euphorbia Taurinensis All.

E. umbella quinquefida bifida, caule ramoso, foliis lineari-lanceolatis, involucro universali tetraphyllo propendente. Fl. ped. 1. n.° 1046. t. 83. f. 2.

Ad *Duriae* ripam prope *Lucengo* semel reperta, seminibus forsitan a Duriae aquis e *Segusio*, ubi frequens, advecta.

Euphorbia dulcis.

E. umbella quinquefida bifida involucellis subovatis, foliis lanceolatis obtusis integerrimis. L. sp. 656. Jacq. austr. t. 213.

Locis umbrosis collium.

† Euphorbia helioscopia.

E. umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis. L. sp. 658 Fl. dan. 725.

In arvis, et pascuis pinguibus secus vias.

* † Euphorbia verrucosa.

E. umbella quinquefida, subtrifida, bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis serratis, villosis, capsulis verrucosis. L. sp. 658. Ic. Taur. 3. t. 79. et 21. t. 61.

In pascuis collium, et pratis macilentis *della Mandria.*

† Euphorbia platiphyllos.

E. umbella quinquefida: trifida, dichotoma, involucris carina pilosis, foliis serratis lanceolatis, capsulis verrucosis. L. sp. 660. Jacq. austr. t. 376.

In pascuis pinguibus, et arvis.

† Euphorbia Gerardiana W.

E. umbella multifida dichotoma, involucellis subrotundis, petalis integerrimis, ramis nullis. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 920. Jacq. austr. t. 436.

In pascuis arenosis secus *Duriam*, ac *Sturam.*

† Euphorbia Cyparissias.

E. umbella multifida, dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis, caulinis lanceolatis. L. sp. 661. Jacq. austr. t. 435.

In pascuis; frequens secus Sturam, ac Padum eundo ad sacellum Deiparae Virginis *del Pilone.*

Euphorbia sylvatica.

E. umbella quinquefida: bifida, involucellis perfoliatis subcordatis acutiusculis, foliis lanceolatis integerrimis. L. Syst. 12. p. 334. Jacq. austr. t. 375.

In sylvis collium, praesertim in *Valle Salicum.*

## DODECAGYNIA.

Sempervivum. *Joubarbe.*

Cor. 12. petala. Cal. 12. partitus. Caps. 12.

* SEMPERVIVUM tectorum.

S. foliis ciliatis propaginibus patentibus. L. sp. 664. Decand. pl. gr. t. 104.

In muris et tectis sat frequens.

## ICOSANDRIA. MONOGYNIA.

### PHILADELPHUS. *Seringat.*

Cal. superus, 5. s. 4. partitus. Cor. 5. s. 4-petala. Stigma 4. fidum. Caps. 5. 4. locular. polysperma.

PHILADELPHUS coronarius.

P. foliis subdentatis. L. sp. 671. Lam. Illustr. t. 420.

Ad vineas; an cultus?

### PRUNUS. *Prunier.*

Cal. inferus, 5. fidus. Cor. 5. petala. Drupa nucleo integro.

* PRUNUS Padus.

P. floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis. L. sp. 677. Fl. dan. t. 205. Gall. *Mérisier à grappes, Putiet, faux bois de Sainte Lucie.*

In sylvis subhumidis secus Sturam, *della Mandria,* ac *Vineae Morozzo* in collibus.

PRUNUS Mahaleb.

P. floribus terminalibus corymbosis, foliis ovatis. L. Syst. 12. p. 341. Jacq. austr. tab. 227. Gall. *Quénot, Malagué.*

Secus Duriam, supra *l'Idraulica.*

* PRUNUS Cerasus.

P. umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis glabris. L. Syst. 12. p. 342. Ic. Taur. 13. t. 85. Gall. *Cerisier.*

Vulgaris ubique.

* PRUNUS domestica.

P. pedunculis solitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. L. sp. 680.

Frequens ubique. *Credo cultam.*

PRUNUS spinosa.

P. pedunculiis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. L. sp. 681. Ic. Taur. 24. t. 95. Vern. *Brignole*, *Brignette*.

Ad sepes, in pascuis et dumetis.

DIGYNIA.

CRATAEGUS. *Alisier*.

Cal. superus, 5. fidus, Cor. 5. petala. Bacca 2. sperma.

* CRATAEGUS Oxyacantha.

C. foliis obtusis subtrifidis serratis. L. sp. 683. Jacq. austr. t. 292. f. 2. Gall. *Aubépine*. Vern. *Brassolin*.

Ad sepes, in dumetis ubique.

*Stylus pene semper unicus.*

TRIGYNIA.

SORBUS. *Sorbier*.

Cal. superus, 5. fidus. Cor. 5. petala. Bacca 3. sperma.

* SORBUS domestica.

S. foliis pinnatis subtus villosis. L. sp. 684. Jacq. austr. t. 447. Gall. *Cormier*, *Sorbier*.

In nemoribus collium, sed rara.

PENTAGYNIA.

MESPILUS. *Néflier*.

Cal. superus, 5. fidus, Cor. 5. petala. Bacca 5. sperma.

* MESPILUS germanica.

M. inermis foliis lanceolatis subtus tomentosis, floribus sessilibus solitariis. L. sp. 684. Ic. Taur. 21. t. 107. Vern. *Nespo*.

In sylvis collium.

PYRUS. *Poirier*.

Cal. superus, 5. fidus. Cor. 5. petala. Pomum 5. loculare, polyspermum.

* PYRUS torminalis W.

P. foliis cordato-ovatis laciniato-lobatis serratis, lobis infimis divaricatis, floribus corymbosis. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 1021. Jacq. austr. t. 443.

In nemoribus collium.

SPIRAEA. *Spirée.*

Cal. inferus, 5. fidus. Cor. 5. petala. Caps. plures congestae.

SPIRAEA Aruncus.

S. foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus dioicis. L. sp. 702. Ic. Taur. 21. t. 19.

In nemoribus umbrosis collium.

* SPIRAEA Filipendula.

S. foliis pinnatis, foliolis uniformibus serratis, caule herbaceo, floribus cymosis. L. sp. 702. Lam. Illustr. t. 439. f. 1.

In pascuis, et pratis macilentis tam in collibus, quam in planitie, praesertim circa *la Veneria.*

* SPIRAEA Ulmaria.

S. foliis pinnatis; impari majore lobato, floribus cymosis. L. sp. 702. Oed. dan. 547. Gall. *Reine des prés.*

Locis aquosis, humidis *della Molinetta*, *Moncalieri*, et *Druent.*

POLYGYNIA.

ROSA: *Rosier.*

Cal. 5. fidus. Cor. 5. petala. Cal. baccatus polyspermus.

ROSA arvensis.

R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis, floribus cymosis. L. mant. 245. Oed. dan. 398.

Ad oras sylvarum.

*Flores albi, odori, stylus columnaris glaber.*

ROSA pumila.

R. germinibus ovatis, petiolis, pedunculisque hispidis,

caule superne aculeatissimo. L. Suppl. 262. Jacq. austr. t. 198.

In pascuis apricis collium; tum etiam in sylvis prope *la Mandria*.

ROSA rubiginosa.

R. germinibus globosis, petiolisque aculeatis, aculeis recurvis, foliis subtus rubiginosis. L. Mant. 564. Jacq. austr. t. 50.

Ad vineas in collibus occurrit.

*Folia suaveolentia.*

* ROSA canina.

R. germinibus ovatis, pedunculisque glabris, caule, petiolisque aculeatis. L. sp. 704. Fl. dan. t. 555. Vern. *Grattacuj.*

Ad sepes, et vias ubique vulgaris.

RUBUS. *Ronce.*

Cal. 5. fidus. Cor. 5. petala. Bacca composita.

RUBUS tomentosus W.

R. foliis ternatis obovatis acutis inaequaliter dentatis utrinque tomentosis, lateralibus subincisis. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 1083.

In summis collibus Taurinensibus, speciatim secus viam prope *Revigliasco.*

RUBUS caesius.

R. foliis ternatis subnudis, lateralibus bilobis, caule tereti aculeato. L. sp. 706. Bull. herb. t. 381.

Secus Duriam in dumetis.

* RUBUS fruticosus.

R. foliis quinato-digitatis, ternatisque, caule, petiolisque aculeatis. L. sp. 707. Lam. Illustr. t. 441. f. 2. Gall. *Mures sauvages, meurons, meures de renard.* Vern. *More.*

Nihil ad sepes frequentius.

FRAGARIA. *Fraisier.*

Cal. 10 fidus. Cor. 5. petala. Sem. plurima supra receptaculum baccatum, decidua.

* FRAGARIA vesca.

F. flagellis reptantibus. L. sp. 708. Lam. Illustr. t. 442. Vern. *Frola.*

Ad sylvarum oras ubique.

POTENTILLA. *Potentille.*

Cal. 10. fidus. Cor. 5. petala. Sem. plurima mutica.

POTENTILLA rupestris.

P. foliis pinnatis alternis, foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. L. sp. 711. Jacq. austr. t. 114.

In sylvis *della Mandria.*

POTENTILLA supina.

P. foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente. L. sp. 711. Jacq. austr. t. 406.

Secus Padum supra *Moncalieri.*

POTENTILLA recta.

P. foliis septenatis lanceolatis serratis, utrinque subpilosis, caule erecto. L. sp. 711. Jacq. austr. 383.

In pascuis siccis, circa *la Molinetta.*

POTENTILLA argentea.

P. foliis quinatis cuneiformibus incisis, subtus tomentosis, caule erecto. L. sp. 712. Ic. Taur. 3. t. 67.

Ad vias in ruderatis, et saxosis frequens.

POTENTILLA intermedia.

P. foliis radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule erectiusculo ramosissimo. L. mant. 76.

Locis arenosis secus Padum, tum etiam prope *la Veneria* supra *Lucengo.*

*Media inter rectam, et norwegicam.*

POTENTILLA opaca.

P. foliis radicalibus quinatis cuneiformibus serratis, caulinis suboppositis, ramis filiformibus decumbentibus. L. sp. 713. Jacq. ic. rar. t. 91.

In pascuis sterilibus, maxime secus Sturam, alibique obvia primovere.

POTENTILLA alba.

P. foliis quinatis, apice conniventi-serratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. L. sp. 713. Jacq. austr. t. 115.

Ad oras sylvarum in collibus, tum etiam in nemoribus *Venariae*.

* POTENTILLA reptans.

P. foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. L. 714. Ic. Taur. 3. t. 94. Gall. *Quinte feuille*. Vern. *Cinq feui*, *erba sinchena*.

Secus fossas vulgaris.

TORMENTILLA. *Tormentille*.

Cal. 8. fidus. Cor. 4. petala. Sem. 8. mutica.

* TORMENTILLA erecta.

T. caule erectiusculo, foliis sessilibus. L. sp. 716. Fl. dan. 589. In sylvis collium.

GEUM. *Bénoite*.

Cal. 10. fidus. Cor. 5. petala. Sem. plurima: arista geniculata.

* GEUM urbanum.

G. floribus erectis, fructibus globosis villosis, aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. L. sp. 716. Fl. dan. t. 672.

Ad sepes, et sylvas admodum frequens.

## POLYANDRIA. MONOGYNIA.

CAPPARIS. *Caprier*.

Cal. 4. phyllus. Bacca pedicellata corticosa.

* CAPPARIS spinosa.

C. pedunculis unifloris solitariis, stipulis spinosis, foliis

annuis, capsulis ovalibus. L. sp. 726. Lob. ic. 635. Vern. *Tappari.*

Ad vetustos muros montis *Cappucinorum*, alibique passim ad vineas, ubi fortasse cultus.

ACTAEA. *Actée.*

Cal. 4. phyllus. Bacca 1. locularis. Sem. gemino ordine.

† ACTAEA spicata.

A. racemo ovato, fructibus baccatis. L. sp. 722. Fl. dan. 589.
In sylvis umbrosis collium.

CHELIDONIUM. *Chélidoine.*

Cal. 2. phyllus. Siliqua.

* † CHELIDONIUM majus.

C. pedunculis umbellatis. L. sp. 723. Lam. Ill. t. 450. f. 1.
Ad muros, et hortos frequens.

PAPAPER. *Pavot.*

Cal. 2. phyllus. Caps. 1. locul. coronata.

PAPAVER Argemone.

P. capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. L. sp. 725. Lob. ic. 276.

In arvis calidioribus, macilentis saxosis, et prope *la Molinetta.*

* PAPAVER Rhoeas.

P. capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis. L. sp. 726. Ic. Taur. 8. t. 33. Gall. *Coquelicot.* Vern. *Madone.*

Inter segetes frequentissimum.

PAPAVER dubium.

P. capsulis oblongis glabris, caule multifloro, setis adpressis, foliis pinnatifidis incisis. L. sp. 726. Jacq. austr. t. 25.

In pascuis declivibus prope *la Molinetta.*

*Variat flore rubro, et albo.*

NYMPHOEA. *Nénuphar.*

Bacca multilocularis corticosa. Cal. magnus.

NYMPHOEA lutea.

N. foliis cordatis integerrimis, calyce petalis majore pentaphyllo. L. sp. 729. Flor. dan. t. 603.

Secus *il Po morto* supra *Moncalieri* versus *l'Alloggia.*

TILIA. *Tilleul.*

Caps. 5. locularis coriacea, 1. sperma. Cal. deciduus.

* TILIA europaea.

T. floribus nectario destitutis. L. 733. Fl. dan. t. 553.

In sylvis frigidioribus collium; frequens in sylva vineae *Righini.*

CISTUS. *Ciste.*

Caps. subrotunda. Cal. 5. phylli foliola 2. minora.

CISTUS Fumana.

C. suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis alternis linearibus, margine scabris, pedunculis unifloris. L. sp. 740. Jacq. austr. t. 252.

In summo colle Taurinensi supra *Peccetto* et *Reviglіasco.*

CISTUS guttatus.

C. herbaceus exstipulatus, foliis oppositis lanceolatis trinerviis, racemis ebracteatis. L. sp. 741. Ic. Taur. 20. t. 45.

Locis calidis, et siccis prope *la Molinetta.*

* CISTUS Helianthemum.

C. suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. L. sp. 744. Ic. Taur. 8. t. 40. 41. 42.

In pascuis, et locis calidioribus collium.

TRIGYNIA.

DELPHINIUM. *Dauphinelle.*

Cal. nullus. Cor. 5. petala: supremo petalo cornuto. Nectarium 2. fidum sessile.

* Delphinium Consolida.

D. nectariis monophyllis, caule subdiviso. L. sp. 748. Fl. dan. 683.

Inter stipulas in agris macilentis collium prope viam *Montiscalerii.*

Aconitum. *Aconit.*

Cal. nullus. Corolla 5. petala: supremo petalo cornuto. Nectarium 2. fidum sessile.

† Aconitum Lycoctonum.

A. foliis palmatis multifidis villosis. L. sp. 750. Barr. ic. 599.

In sylvis caeduis collium, aut ad earum margines.

## POLYGYNIA.

Anemone.

Cal. nullus. Cor. 6. petala. Sem. plurima.

* Anemone Hepatica.

A. foliis trilobis integerrimis. L. sp. 758. Fl. dan. t. 610. Gall. *Hépatique.*

Ubique in sylvis collium Taurinensium primo vere obvia.

*Flores modo caerulei, albi, rosei etc.*

† Anemone Pulsatilla.

A. pedunculo involucrato: petalis rectis: foliis bipinnatis. L. sp. 759. Fl. dan. 153.

In pascuis secus *Sturam*, et alla *Molinetta.* Gall. *Coquelourde*, *Coquerelles.*

Anemome nemorosa.

A. seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro. L. sp. 762. Oed. dan. 549.

Frequentissima primo vere in sylvis collium.

*Flores albi.*

Anemone ranunculoides.

A. seminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro. L. sp. 762. Fl. dan. t. 140.

In aliquibus sylvis umbrosis collium, uti ad vineam *Morozzo-Bianzé*, supra *la Madonna del Pilone*, et circa *l'Idraulica*. *Flores lutei.*

CLEMATIS. *Clématite.*

Cal. nullus. Cor. 4. petala. Sem. plurima aristata.

† CLEMATIS Vitalba.

C. foliis pinnatis: foliis cordatis scandentibus. L. sp. 766. Jacq. austr. t. 308. Gall. *Herbe aux gueux*. Vern. *Viorna*.

Ad sepes, et nemora.

† CLEMATIS erecta.

C. foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetalisque. L. sp. 767. Jacq. austr. t. 291.

Locis arenosis secus *Duriam*, *Sturam*, et *Sangone*; passim quoque in collibus.

THALICTRUM. *Pigamon.*

Cal. nullus. Cor. 4. 5. petala. Sem. plurima, submutica, nuda.

THALICTRUM minus.

T. foliis sexpartitis, floribus cernuis. L. sp. 769. Jacq. austr. t. 419.

In dumetis secus *Sturam*.

*Folia apice purpurascentia; caulis nebula coerulescente a congeneribus dignoscitur.*

* THALICTRUM flavum.

T. caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. L. sp. 770. Fl. dan. 939.

In pascuis secus Padum eundo *alla Madonna del Pilone*, tum etiam secus fossas aquarum lente fluentium.

THALICTRUM aquilegifolium.

T. fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti. L. sp. 770. Jacq. austr. t. 318.

Ad sylvas in collibus.

ADONIS. *Adonide.*

Cal. 5. phyllus. Cor. 5. s. 10. petala. Sem. plurima, angulata, corticata.

ADONIS autumnalis W.

A. floribus octopetalis, fructibus subcylindricis. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 1304. Jacq. austr. 354.

Inter segetes collium supra *Truffarello*, *a Reviglia-sco*, et *Peccetto*, tum etiam in agris arenosis extra Segusii portam eundo *alla Veneria*, supra *Lucengo.*

*Flores atro purpurei, miniati.*

ADONIS flammea W.

A. floribus octopetalis, petalis lanceolatis acutis, fructibus cylindricis, caule hirto. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 1304. Jacq. austr. t. 355.

In arvis supra *le Tavernette*, eundo versus *Chieri.*

*Fructus cylindricus.*

RANUNCULUS. *Renoncule.*

Cal. 5. phyllus. Cor. 5. petala. Sem. plurima. Petala unque nectarifero.

† RANUNCULUS Flammula.

R. foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. L. sp. 772. Fl. dan. 575. Gall. *Petite douve.*

In pascuis humidis *della Mandria*, et sylvarum *Stupinixii.*

* RANUNCULUS Ficaria.

R. foliis cordatis angulatis petiolatis, caule unifloro. L. sp. 774. Oed. dan. t. 499. Gall. *Ficaire, éclairette, petite éclaire, petite chélidoine.*

In agris humidis, ac locis umbrosis.

† RANUNCULUS sceleratus.

R. foliis inferioribus palmatis: summis digitatis, fructibus oblongis. L. sp. 776. Fl. dan. t. 371.

Locis paludosis secus Padum.

† Ranunculus bulbosus.

R. calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis. L. sp. 778. Fl. dan. 551. Gall. *Grenouillette, rave de S.t Antoine.*

Ad semitas, et secus prata macilenta copiose.

Ranunculus Philonotis W.

R. calycibus demum reflexis setosis, pedunculis sulcatis, foliis tripartitis inciso-lobatis hirsutis, fructu subgloboso. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 1324. Curt. Lond. t. 40.

In arvis prope *l'Ergastolo*, *la Molinetta*, alibique prope *Taurinum*, et *la Veneria.*

† Ranunculus repens.

R. calycibus patulis, pedunculis sulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis. L. sp. 779. Lob. ic. 664. f. 2. Gall. *Pied de poule, bacinet.*

In pratis subhumidis.

† Ranunculus acris.

R. calycibus patulis, pedunculisque teretibus, foliis tripartito multifidis: summis linearibus. L. sp. 779. Ic. taur. 4. t. 69.

In pratis ubique. Vern. *Giaccarìa. Pedunculi teretes.*

† Ranunculus arvensis.

R. seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. L. sp. 780. Oed. dan. 219.

In arvis frequens.

Ranunculus aquatilis.

R. foliis submersis capillaceis, emersis peltatis. L. sp. 701. Ic. taur. 23. t. 67.

Locis aquosis.

Ranunculus fluviatilis W.

R. foliis omnibus dichotomo-capillaceis, caule natante. Sp. pl. 2. p. 2. pag. 1333. Fl. dan. 376.

Ad fossas, et lente fluentes aquas.

HELLEBORUS. *Hellébore.*

Cal. nullus. Cor. 5. petala, persistens. Nectaria plura. Caps. polyspermae.

† HELLEBORUS viridis.

H. caule multifloro folioso, foliis digitatis. L. sp. 784. Jacq. austr. t. 106.

Ad sylvas collium secus *il rio di Riaje*, eumque *di Sassi* dictum.

† CALTHA. *Populage.*

Cal. nullus. Cor. 5. petala. Caps. plurimae. Nectaria nulla.

CALTHA palustris.

C. L. sp. 784. Fl. dan. 668.

In aquis lente fluentibus e fontium scaturigine manantibus, quo loco *Sangone* in *Padum* illabitur.

# CL. XIV.

## DIDYNAMIA. GYMNOSPERMIA.

AJUGA. *Bugle.*

Cor. labium superius staminibus brevius!

* AJUGA genevensis.

A. foliis tomentosis lineatis, calycibus hirsutis. L. sp. 785. Ic. Taur. 4. t. 83. 84.

In pascuis collium frequentissima.

* AJUGA reptans.

A. stolonibus reptantibus. L. sp. 785. Ic. Taur. 4. t. 88.

In pratis, et ad vias.

* AJUGA Chamaepitys W.

A. foliis trifidis, foliis axillaribus solitariis folio brevioribus, caule diffuso. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 10. Ic. Taur. 4. t. 91. Gall. *Ivette.*

In arvis macilentis, praesertim collinis.

TEUCRIUM. *Germandrée.*

Cor. labium superius nullum, sed fissura loco labii.

TEUCRIUM Scorodonia.

T. foliis cordatis serratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. L. sp. 789. Fl. dan. t. 485.

In sylvis *Stupinixii* D. *VERDIER* in nosodochio militari Montiscalerii pharmacopola, ac diligens botanices cultor.

* TEUCRIUM Scordium.

T. foliis oblongis sessilibus dentato-serratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso. L. sp. 790. Fl. dan. 593.

In pratis humidis *del Parco.*

* TEUCRIUM Chamoedrys.

T. foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, floribus ternis, caulibus procumbentibus sub-pilosis. L. Syst. 12. p. 388. Lob. ic. 491. Vern. *Calamandrina.*

In pascuis saxosis siccis.

TEUCRIUM montanum.

T. corymbo terminali, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosis. L. sp. 791. Lob. ic. 488.

Locis arenosis secus *Sturam.*

NEPETA.

Cor. labium superius crenatum. Faux margine reflexo.

* NEPETA Cataria.

N. floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis, dentato-serratis. L. sp. 796. Fl. dan. 580. Gall. *Châtaire, herbe aux châts.*

In pascuis, et ruderatis.

NEPETA nuda.

N. florum racemis verticillatis nudis, foliis cordato-oblongis

sessilibus serratis. L. Syst. Veg. 442. Jacq. austr. t. 24.
In pratis non irriguis.

MENTHA. *Menthe.*

Filamenta distantia recta. Cor. subaequalis.

* MENTHA sylvestris.

M. spicis oblongis, foliis tomentosis serratis sessilibus, staminibus corolla longioribus. L. sp. 804. Lob. ic. 509.
Secus fossas, et flumina.

* MENTHA rotundifolia.

M. spicis oblongis, foliis subrotundis rugosis crenatis sessilibus. L. sp. 805. Lob. ic. 506.
Abunde ubique.

* MENTHA aquatica.

M. spicis capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla longioribus. L. sp. 805. Lob. ic. 509. f. 1.
Locis humidis, ac secus lente fluentes aquas.

MENTHA arvensis.

M. floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corollam aequantibus. L. sp. 806. Fl. dan. 512.
In arvis humidis, et inundatis.

* MENTHA Pulegium.

M. floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus, staminibus corolla longioribus. L. sp. 807. Lob. ic. 500. f. 2. Gall. *Pouliot.*
In pascuis humidis frequens.

GLECHOMA. *Glechome.*

Antherarum paria cruciata!

* GLECHOMA hederacea.

G. foliis reniformibus crenatis. L. sp. 807. Bull. herb. t. 241. Gall. *Lierre terrestre.*

Ad fossarum ripas, atque ad agrorum, pratorumque margines, et ad sepes frequentissima.

LAMIUM. *Lamier.*

Cor. labium inferius utrinque dente setaceo!

* LAMIUM maculatum.

L. foliis cordatis acuminatis, verticillis decemfloris. L. sp. 809. Col. ecphr. t. 185.

In umbrosis supra *la Molinetta* secus Padum eundo ad *Moncalieri.*

* LAMIUM album.

L. foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis, verticillis vigintifloris. L. Syst. 12. p. 393. Oed. dan. 594.

Secus muros *del Valentino.*

* LAMIUM purpureum.

L. foliis cordatis obtusis petiolatis. L. sp. 809. Oed. dan. 532.

Abunde in satis, hortis, et ad vias.

LAMIUM amplexicaule.

L. foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis. L. sp. 809. Fl. dan. 752.

Inter segetes, et locis cultis.

GALEOPSIS.

Cor. labium inferius supra bidentatum!

GALEOPSIS Ladanum.

G. internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, calycibus inermibus. L. Syst. 12. p. 393. Ic. Taur. 5. tab. 2. et 11. t. 5.

In arvis, et pascuis sterilibus arenosis.

GALEOPSIS Tetrahit.

G. internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, calycibus pungentibus. L. sp. 810. Ic. Taur. 5. t. 4.

Secus fossas.

BETONICA. *Bétoine.*

Cor. labium superius planum, adscendens, tubo cylindrico. Stam. longitudine faucis.

* Betonica officinalis.

B. spica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. L. sp. 810. Fl. dan. 726.

In pratis macilentis prope sylvas collium, et planitiei.

Stachys. *Epiaire.*

Corollae labium inferius lateribus reflexum. Stam. deflorata ad latera deflexa.

Stachys sylvatica.

S. verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. L. sp. 811. Bauh. hist. 3. 853.

Ad fossas, et sepes frequens.

Stachys palustris.

S. verticillis sexfloris, foliis lineari-lanceolatis semiamplexicaulibus. L. sp. 811. Ic. Taur. 29. t. 107.

Locis subhumidis secus Padum.

Stachys germanica.

S. verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis, caule lanato. L. sp. 812. Fl. dan. 684.

In pascuis, ac dumetis.

Stachys recta.

S. verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. L. Mant. 82. Jacq. austr. t. 359.

In pascuis siccis ubique.

Stachys annua.

S. verticillis sexfloris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caule erecto. L. Syst. 12. p. 395. Jacq. austr. t. 360.

In arvis ab augusta Taurinorum ad Sturam, tum locis declivibus sterilibus prope Duriam supra *San Pè d' j' coi.*

**Ballota.** *Ballote.*

Cal. 10. striatus. Cor. labium superius fornicatum.

Ballota nigra.

B. foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis. L. sp. 824. Ic. Taur. 5. t. 146.

Ad sepes, et ruderata frequens.

Leonurus. *Agripaume.*

Cor. labium superius erectum indivisum planum. Stam. fauce longiora.

* Leonurus Cardiaca.

L. foliis caulinis lanceolatis trilobis. L. sp. 817. Fl. dan. 727. Ad sepes, et secus domos.

Leonurus Galeobdolon W.

L. foliis subcordatis ovatis dentatis, verticillis sexfloris, corollis calyce subpungenti majoribus, lacinia media labii inferioris acuta. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 115. Ic. Taur. 5. t. 3.

In sylvis umbrosis collium.

Clinopodium. *Clinopode.*

Involucrum calyces colligens.

* Clinopodium vulgare.

C. capitulis subrotundis hispidis, bracteis setaceis. L. sp. 821. Fl. dan. 930.

Frequens in pascuis herbidis.

Origanum. *Origan.*

Strobilus calyces colligens!

* Origanum vulgare.

O. spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. L. sp. 824. Fl. dan. 638. Vern. *Cornabusa.*

Ad oras sylvarum locis siccis, et pascuis saxosis.

Thymus. *Thym.*

Cal. fauce villis clausus!

* THYMUS Serpyllum.

T. floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. L. Syst. 12. 399. Ic. Taur. 4. t. 98. et 101. Gall. *Serpollet.* Vern. *S'rpo*

In pascuis ubique.

THYMUS Acinos.

T. floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis. L. Syst. 12. p. 399. Lob. ic. 506.

In arvis arenosis.

THYMUS montanus W.

T. floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caule erecto ramoso, foliis ovatis integerrimis, calycibus glabris. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 143. Clus. hist. 235.

In apricis collium Taurinensium, ac trans ipsos in pascuis saxosis.

MELISSA. *Mélisse.*

Cal. angulatus, scariosus, labio superiore adscendente.

* MELISSA officinalis.

M. racemis axillaribus verticillatis: pedicellis simplicibus. L. sp. 827. Lob. ic. 227. Gall. *Citronade*, *Citronelle*, *Herbe de citron.* Vern. *Conforta-coeur.*

Ad vias, locis pinguibus.

* MELISSA Calamintha.

M. pedunculis axillaribus dichotomis, longitudine foliorum. L. sp. 827. Ic. Taur. 4. t. 118.

In sylvis collium.

* MELISSA Nepeta.

M. pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule adscendente hirsuto. L. Syst. 12. p. 400. Ic. Taur. 4. t. 119. et 22. t. 49.

Frequens ubique in pascuis, et ruderatis.

MELITTIS. *Mélitte.*

Cal. tubo corolla amplior. Corollae labium superius planum, integrum. Antherae cruciatae.

* MELITTIS Melisophyllum.

M. L. sp. 832. Jacq. austr. t. 26.

In nemoribus umbrosis collium.

SCUTELLARIA. *Toque.*

Cal. fructiferus operculatus.

* SCUTELLARIA galericulata.

S. foliis cordato lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. L. sp. 835. Lob. ic. 344. Gall. *Tertianaire.*

In saxis secus Padum, sed rara.

PRUNELLA. *Brunelle.*

Filamenta omnia apice bifurca!

* PRUNELLA vulgaris.

P. foliis omnibus ovato-oblongis petiolatis. L. sp. 837. Ic. Taur. 5. t. 17.

In pratis, et pascuis subhumidis.

PRUNELLA grandiflora W.

P. foliis petiolatis, oblongo-ovatis basi dentatis, calycis labio superiore trifido, caule adscendente. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 177. Jacq. austr. t. 377.

PRUNELLA laciniata var. B. W. l. c.

Prope *Eremum.* Var. B. in pascuis herbidis.

## ANGIOSPERMIA.

RHINANTHUS. *Rhinanthe.*

Caps. 2. locularis. Cor. personata. Caps. compressa.

RHINANTHUS Crista galli.

R. corollarum labio superiore compresso breviore. L. sp. 840. Ic. Taur. 5. t. 21.

R. calycibus glabris. Id. cal. villosis.

In pratis macilentis.

EUPHRASIA. *Euphraise.*

Caps. 2. locularis Cor. personata. Antherae inferiores hinc spinosae.

EUPHRASIA latifolia.

E. foliis dentato-palmatis, floribus subcapitatis. L. sp. 841. Col. ecphr. t. 202. f. 2.

In pascuis sterilibus prope *la Molinetta*, et *Sturam*, tum etiam in pascuo ante *l'Arsenale* extra portam novam.

* EUPHRASIA officinalis.

E. foliis ovatis lineatis argute dentatis. L. sp. 841. Bull. herb. t. 233.

In pratis parum herbidis ac umbrosis.

EUPHRASIA Odontites.

E. foliis linearibus omnibus serratis. L. sp. 841. Fl. dan. 625.

*EUPHRASIA* verna Var. B. l. c.

In arvis, et secus fossas. Var. B. primovere occurrit in arvis secus *Duriam*, tum etiam similibus locis secus *Padum* supra *la Molinetta.*

MELAMPYRUM. *Melampyre.*

Caps. 2. locularis. Cor. personata. Sem. bina gibbosa.

MELAMPYRUM cristatum.

M. spicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis. L. sp. 842. Fl. dan. 1104.

In apricis et sylvestribus summorum collium, praesertim prope *Eremum*, et *Superga.*

MELAMPYRUM arvense.

M. spicis conicis laxis, bracteis dentato-setaceis coloratis. L. Syst. 12. p. 406. Ic. Taur. 5. t. 23.

Inter segetes, praesertim collium.

MELAMPYRUM pratense.

. floribus secundis, lateralibus foliorum conjugationibus

remotis, corollis clausis. L. Syst. 12. p. 406. Ic. Taur. 5. t. 24. Gall. *Rougeole*.

In sylvis collium, tum etiam secus Duriam prope *la Ficca*, supra *l' Idraulica*.

LATHRAEA. *Lathrée.*

Caps. 1. locularis. Cor. personata. Glandula sub germine.

LATHRAEA Squamaria.

L. caule simplicissimo, corollis pendulis, labio inferiore trifido. L. sp. 844. Fl. dan. 136.

Locis pinguibus umbrosis collium, etiamque secus Padum *alla Molinetta*, et a *Millefonti*.

ANTIRRHINUM. *Muflier.*

Caps. 2. locul. Cor. personata, subtus nectario prominente.

* ANTIRRHINUM Cymbalaria.

A. foliis cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus. L. sp. 851. Ic. Taur. 5. t. 27.

Ad muros locis umbrosis.

ANTIRRHINUM Elatine.

A. foliis hastatis alternis, caulibus procumbentibus. L. sp. 851. Fl. dan. 426.

In arvis collium. Frequens in iis, quae inter *Taurinum*, et *Grugliasco* interjacent.

ANTIRRHINUM spurium.

A. foliis ovatis alternis, caulibus procumbentibus. L. sp. 851. Fl. dan. 913.

Uberius in arvis collium.

ANTIRRHINUM monspessulanum.

A. foliis linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunculis spicatis nudis. L. sp. 854. Ic. Taur. 25. t. 38.

*Alla ſicca della Dora* reperit indefessus noster *BIANCHETTI*.

*Recte nunc cum* repente *conjungunt Botanici.*

Antirrhinum supinum.

A. foliis subquaternis linearibus, caule diffuso, floribus racemosis, calcari recto. L. Syst. 12. p. 410. Ic. Taur. 15. t. 106. f. 3.

Locis arenosis secus Padum prope *S. Mauro*.

Antirrhinum arvense.

A. foliis sublinearibus, inferioribus quaternis, calycibus piloso-viscidis, floribus spicatis, caule erecto. L. sp. 855. Ic. Taur. 18. t. 19. f. 1.

In arvis prope *Superga*.

Antirrhinum minus.

A. foliis plerisque alternis lanceolatis obtusis, caule diffuso ramosissimo. L. sp. 852. Fl. dan. 502.

In arvis sabulosis.

* Antirrhinum Linaria.

A. foliis lanceolatis linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis. L. sp. 858. Bull. herb. t. 261.

Ad agrorum margines ubique. Frequens locis declivibus secus Padum.

* Antirrhinum majus.

A. corollis ecaudatis, floribus spicatis, calycibus rotundatis. L sp. 859. Lob. ic. t. 404. Gall. *Mufle de veau*.

Ad muros vetustos collium, praesertim montis *Cappucinorum*, inque iis *del Valentino*.

Antirrhinum Orontium.

A. corollis ecaudatis, floribus subspicatis, calycibus corolla longioribus. L. Syst. 12. p. 411. Lam. ill. t. 531. f. 2.

In agris collium versus *Reygliasco*.

Scrophularia. *Scrophulaire*.

Caps. 2. locularis. Cor. resupinata. Lab. segmento intermedio interno.

* SCROPHULARIA nodosa.

S. foliis cordatis trinervatis, caule obtusangulo. L. Syst. 12. p. 413. Ic. Taur. 5. t. 40.

In pascuis pinguibus, ad sepes locis umbrosis.

SCROPHULARIA aquatica.

S. foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. L. sp. 864. Fl. dan. t. 507.

Locis aquosis, et ad fontes.

SCROPHULARIA canina.

S. foliis pinnatis pinnatifidis, racemo terminali nudo, pedunculis bifidis. L. Syst. 12. p. 414. Ic. Taur. 5. t. 43.

In arenosis secus *Padum*, ac *Sturam*.

DIGITALIS. *Digitale.*

Caps. 2. locul. Cor. campanul. subtus ventricosa. Stamina declinata.

* DIGITALIS lutea.

D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio superiore bifido. L. sp. 867. Jacq. hort. Vind. t. 105.

* DIGITALIS ambigua.

D. calycinis foliolis lanceolatis, corollis galea emarginatis, foliis subtus pubescentibus. L. Suppl. 280. Jacq. austr. t. 57.

Utraeque in nemoribus collium.

*Differt a praecedente magnitudine omnium partium, corollis quadruplo majoribus.*

LINDERNIA. *Lindernie.*

Caps. 1. locul. Cor. ringens. Stam. inferiora dente terminali.

LINDERNIA Pyxidaria.

L. foliis sessilibus integerrimis, pedunculis solitariis. L. Syst. veg. 475. Ic. Taur. 16. t. 84.

Locis humidis secus Padum.

OROBANCHE.

Caps. 1. locularis. Cor. subaequalis, 4. fida. Glandula sub-basi germinis.

OROBANCHE major.

O. caule simplici, bracteis solitariis, calyce quadrifido. L. Mant. 422. Romer Fl. europ. fasc. 9.

In pascuis, et pratis macilentis, ac in collibus sterilibus.

OROBANCHE coerulea W.

O. caule subsimplici, corollis quinquefidis, bracteis ternis, calycibus tubulatis semiquadrifidis. Sp. pl. 3. p. 1. p. 352. Romer l. c.

Locis apricis calidioribus collium; prope *Moncalieri* reperit D. *VERDIER*.

ORABANCHE ramosa.

O. caule ramoso, corollis quinquefidis, L. sp. 882. Rom. l. c.

In arvis pinguibus ad radices plerarumque stirpium, ut *Cannabis*, *Nicotianae* etc.

# CL. XV.

## TETRADYNAMIA. SILICULOSA.

MYAGRUM. *Caméline.*

Silic. valvulis concavis. Stylus persistens.

MYAGRUM rugosum.

M. siliculis sulcatis pilosis rugosis, foliis oblongis obtusis dentatis. L. sp. 893. Allion. Fl. ped. t. 78.

In arvis inter *Lucengo* et *Venariam*.

MYAGRUM sativum.

M. siliculis obovatis pedunculatis polyspermis. L. sp. 894. Ic. Taur. 31. t. 23.

Inter segetes collium.

BUNIAS.

Silic. tetraëdra evalvis bi-s. quadrilocularis rugosa.

BUNIAS Erucago.

B. siliculis tetragonis, angulis bicristatis. L. sp. 935. Jacq. austr. t. 340. Gall. *Masse au bedeau.*

Inter segetes uberrime.

BUNIAS Cochlearioides W.

B. siliculis ovatis obtusiusculis subrugosis, foliis radicalibus oblongis, caulinis sagittatis amplexicaulibus. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 412. Ic. Taur. 22. t. 108. et 13. t. 102.

Primo vere in pratis collium frequentissima. Occurrit etiam in pratis *di Vanchia.*

DRABA. *Drave.*

Silic. valvulis planiusculis. Stylus nullus.

DRABA verna.

D. scapis nudis, foliis subserratis. L. Syst. 12. p. 432. Lob. ic. 469.

Locis aridis ad vias primo vere ubique frequentissima.

DRABA muralis.

D. caule ramoso, foliis ovatis sessilibus dentatis. L. Syst. veg. 489. Col. ecphr. t. 272.

Locis declivibus collium, sed rara. *Flores albi.*

LEPIDIUM. *Passerage.*

Silic. cordata: valvulis acute carinatis.

LEPIDIUM ruderale.

L. floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. L. sp. 900. Fl. dan. t. 184.

Secus muros domuum inter portam Padi, et novam.

* LEPIDIUM Iberis.

L. floribus diandris tetrapetalis, foliis inferioribus lanceolatis serratis, superioribus linearibus integerrimis. L. sp. 900. Ic. Taur. 9. t. 65.

Ad vias, locis siccis frequentissimum. Stam. modo duo, 4. aut 6.

THLASPI. *Tabouret.*

Silicula obcordata: valvulis marginato-carinatis.

THLASPI campestre.

T. siliculis subrotundis, foliis sagittatis, dentatis incanis. L. sp. 902. Ic. Taur. 9. t. 47.

In arenosis secus *Duriam*, supra *San Pè dj coi*, ac in vineis *di Sassi* in collibus.

THLASPI montanum.

T. siliculis obcordatis, foliis glabris: radicalibus subcarnosis obovatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce majoribus. L. sp. 902. Jacq. austr. t. 237.

Secus viam prope *la Veneria.*

THLASPI perfoliatum.

T. siliculis obcordatis, foliis caulinis cordatis glabris subdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoso. L. sp. 902. Jacq. austr. t. 237.

In arvis collinis abunde.

* THLASPI Bursa pastoris.

T. siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. L. sp. 903. Fl. dan. 729.

Nihil ubique vulgatius.

COCHLEARIA. *Cranson.*

Silicula cordata: valvulis obtusis gibbis.

COCHLEARIA Coronopus.

C. foliis pinnatifidis, caule depresso. L. sp. 904. Fl. dan. 202.

Ad vias, et hortos locis pinguibus.

* COCHLEARIA Armoracia.

C. foliis radicalibus lanceolatis crenatis caulinis incisis. L. sp. 904. Ic. Taur. 9. t. 68. Gall. *Grand raifort, raifort sauvage* etc. Vern. *Rafano.*

In pratis *di Vanchia* abunde, forte ex hortorum, ubi colitur, rejectamentis orta.

IBERIS. *Ibéride.*

Petala duo exteriora majora.

IBERIS pinnata.

I. herbacea, foliis ovatis, caulinis amplexicaulibus laevibus pilosis. L. sp. 905. Lob. ic. 218.

In arvis inter *Lucengo*, et *la Veneria.*

ALYSSUM. *Alysson.*

Filamenta quaedam latere interiore dente notata. Siliqua bilocularis.

ALYSSUM calycinum.

A. caulibus herbaceis, staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus. L. sp. 908. Jacq. austr. 338.

Locis declivibus arenosis frequens.

BISCUTELLA. *Lunetière.*

Silicula biloba supra, intraque margine carinato.

BISCUTELLA laevigata.

B. siliculis glabris, foliis lanceolatis serratis. L. mant. 255. Jacq. austr. t. 339.

In pratis macilentis *della Mandria* frequens.

SILIQUOSA.

DENTARIA. *Dentaire.*

Siliq. valvis revoluto-dehiscentibus.

DENTARIA bulbifera.

D. foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus. L. sp. 912. Ic. Taur. 9. t. 62. f. 2.

In nemoribus umbrosis collium frequens.

DENTARIA pinnata W.

D. foliis omnibus pinnatis, foliolis oblongis acuminatis aequaliter dentatis. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 480. Clus. 2. p. 123. c. ic.

In sylvis collium; frequentior *alla Vigna Morozzo.*

CARDAMINE.

Siliqua dehiscens, valvulis revolutis.

Cardamine Impatiens.

C. foliis pinnatis incisis stipulatis, floribus apetalis L. sp. 914. Fl. dan. 735.

Locis umbrosis ad sepes et sylvas.

Cardamine parviflora.

C. foliis pinnatis exstipulatis, foliolis lanceolatis obtusis, floribus corollatis. L. sp. 919. Ic. Taur. 9. t. 38. f. 2. 3.

Ubique ad muros, et in pascuis primovere frequens est.

Cardamine pratensis.

C. foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis. L. sp. 915. Ic. Taur. 19. t. 106.

In pratis humidis prope *il gerbido*, *della Veneria*, *Druent*, ac prope *l' Ergastolo*.

Cardamine granulosa W.

C. foliis radicalibus simplicibus subrotundis longissime petiolatis, caulinis pinnatis, foliolis lanceolatis, radice granulata. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 488. Ic. Taur. 29. t. 61.

Locis humidis prope *Eremum* in summa valle *Salicum*. *Folia radicalia ad petioli initium gemmam superius habent, ac inferius radices demittunt, quaeis planta mirifice propagatur.*

Cardamine amara.

C. foliis pinnatis, axillis stoloniferis. L. sp. 915. Allion. Fl. ped. t. 56. f. 1.

Inter *la Molinetta*, et *Moncalieri* loco dicto *Millefonti*, tum etiam locis humidis secus fluvium *Sangone*, ac in sylvis *Stupinixii* ad rivulos.

Sisymbrium. *Sisymbre.*

Siliqua dehiscens: valvis rectiusculis. Cal. patulus.

* Sisymbrium Nasturtium.

S. siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis. L. sp. 916. Fl. dan. 690. Gall. et vern. *Cresson.*

Ubique ad puras fluentes aquas.

SISYMBRIUM sylvestre.

S. siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. L. sp. 916. Fl. dan. 931.

Locis humidis extra portam novam secus magnam viam *Cariniani* in fossis.

SISYMBRIUM amphibium.

S. siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis. L. sp. 917. Fl. dan. 984.

Locis inundatis secus flumina.

SISYMBRIUM pyrenaicum.

S. siliquis subovatis, foliis inferioribus lyratis; superioribus bipinnatifidis amplexicaulibus, stylis filiformibus. L. sp. 917. Allion. Fl. ped. t. 18. f. 1.

In pascuis, et pratis macilentis *della Mandria*, *Veneria*, et *Stupiniggi*.

* * SISYMBRIUM tenuifolium.

S. foliis integerrimis, infimis tripinnatifidis, supremis integris. L. sp. 917. Ic. Taur. 9. t. 40. f. 2. Vern. *Aruga gentil*.

Ad muros, et in arvis.

* SISYMBRIUM Sophia.

S. petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis. L. sp. 920. Fl. dan. 528.

In sabulosis hortorum ambulacris, et ad muros, praesertim circa *Cavoretto*.

ERYSIMUM. *Velar*.

Siliqua tetragona.

* ERYSIMUM officinale.

E. siliquis spicae adpressis, foliis runcinatis. L. sp. 922. Fl. dan. 560.

In ruderatis, ad vias, et muros non longe a domiciliis.

* Erysimum Barbarea.

E. foliis lyratis, extimo subrotundo. L. sp. 922. Ic. Taur. 9. t. 40. f. 1.

Secus fossas, et prata planitiei.

* Erysimum Alliaria.

E. foliis cordatis. L. sp. 922. Ic. Taur. 9. t. 54. f. 1.

In umbrosis, et ad sepes in collibus.

Arabis. *Arabette.*

Glandulae 4. intra foliola calycina. Stigma simplex.

Arabis thaliana.

A. foliis lanceolatis petiolatis integerrimis. L. sp. 929. Barr. ic. 269.

In arvis ac locis sterilibus ubique copiose.

Arabis Turrita.

A. foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis planis linearibus, calycibus subrugosis. L. sp. 930. Jacq. austr. t. 11.

In nemore vineae *Losa* in collibus; tum etiam in nemoribus secus *Duriam* eundo *a Colegno.*

Turritis. *Tourète.*

Petala erecta.

Turritis glabra.

T. foliis radicalibus dentatis hispidis caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. L. sp. 930. Ic. Taur. 9. t. 72. f. 1.

In nemoribus collium, ac supra *l'Idraulica.*

Turritis hirsuta.

T. foliis omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus. L. sp. 930. Jacq. ic. rar. t. 126.

In pascuis, ad muros, et sylvas.

Brassica. *Chou.*

Glandulae 2. intra stamina breviora; 2. extra stamina longiora.

BRASSICA Erucastrum.

B. foliis runcinatis, caule hispido, siliquis laevibus. L. Syst. 12. p. 444. Ic. Taur. 10. t. 29. et 46. Gall. *Ravenelle.*
Secus Padum, et Sturam in arenosis.

SINAPIS. *Moutarde.*

Siliqua dehiscens. Cal. horizontaliter patens.

SINAPIS arvensis.

S. siliquis multangulis toroso-turgidis rostro ancipiti longioribus. L. Syst. 12. p. 444. Fl. dan. 753.
In arvis vulgatissima.

* SINAPIS nigra.

S. siliquis glabris racemo adpressis. L. Syst. 12. p. 445. Ic. Taur. 9. t. 63. 83. et 22. t. 79.
In arvis calidioribus, et ad sylvarum margines in collibus.

RAPHANUS. *Radis.*

Siliqua articulata.

RAPHANUS Raphanistrum.

R. foliis lyratis, siliquis teretibus articulatis laevibus unilocularibus. Wild. sp. pl. 3. p. 1. pag. 360. Fl. dan. 678.
Inter segetes.

# CL. XVI.

## MONADELPHIA. PENTANDRIA.

ERODIUM.

Monogyna. Arilli 5. monospermi ad basim receptaculi rostrati. Cal. 5. phyllus. Cor. 5. petala. Nectar. squamae 5.

ERODIUM ciconium W.

E. pedunculis multifloris, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis dentatis, petiolo communi inter pinnas dentato, petalis oblongis obtusis binis emarginatis, caule adscendente. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 629. Jacq. hort. t. 18.

Prope montem *Cappucinorum*, et inter portam Padi, ac Palatii.

ERODIUM cicutarium W.

E. pedunculis multifloris, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis incisis, corollis calyce majoribus, caule hirto prostrato. l. c. p. 629.

In pascuis vulgatissimum.

## DECANDRIA.

GERANIUM.

Monogyna. Arilli 5. monospermi ad basim receptaculi rostrati. Cal. 5. phyllus. Cor. 5. petala.

GERANIUM sanguineum.

G. pedunculis unifloris, foliis quinque partitis trifidis orbiculatis. L. sp. 958. Fl. dan. 1107.

In sylvis collium calidiorum, ac in iis *della Mandria* dictis.

GERANIUM nodosum.

G. pedunculis bifloris, petalis emarginatis, foliis caulinis trilobis integris serratis, subtus lucidis. L. sp. 953. Ic. Taur. 5. t. 58.

In sylvis collium.

* GERANIUM molle.

G. pedunculis bifloris, foliisque floralibus alternis, petalis bifidis, calycibus muticis, caule erectiusculo. L. Syst. veg. 515. Fl. dan. t. 679.

Ad vias praesertim locis ruderatis.

*Petala emarginata. Arilli glabri, transversim rugosi.*

GERANIUM columbinum.

G. pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinque-partito multifidis, arillis glabris, calycibus aristatis. Sp. 956. Vaill. par. t. 15. f. 4.

Locis sterilibus secus vias, et pascua.

GERANIUM dissectum.

G. pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villosis. L. sp. 956. Vaill. Paris. t. 15. f. 2.

In umbrosis, atque ad sepes.

GERANIUM rotundifolium.

G. pedunculis bifloris, petalis subintegris longitudine calycis, caule prostrato, foliis reniformibus incisis. L. sp. 957.

Ubique ad vias frequens.

*Petala integra, obtusa vix calyce longiora. Arilli hirsuti.*

GERANIUM robertianum.

G. pedunculis bifloris, calycibus pilosis decem angulatis. L. sp. 955. Fl. dan. 694.

Locis umbrosis, ad sepes, et muros collium.

## POLYANDRIA.

### SIDA.

Submonogyna. Cal. simplex, angulatus. Caps. multilocularis. 1. sperma.

SIDA Abutilon.

S. foliis subrotundo-cordatis indivisis, pedunculis folio brevioribus, capsulis multilocularibus, corniculis bifidis. L. sp. 963. Ic. Taur. 32. t. 60.

Circa hanc urbem.

### ALTHÆA. *Guimauve.*

Polygyna. Cal. exterior 6-fidus. Capsulae monospermae, verticillatae.

* ALTHÆA officinalis.

A. foliis simplicibus tomentosis L. sp. 966. Fl. dan. 530.

Locis humidis passim.

ALTHÆA hirsuta.

A. foliis trifidis piloso-hispidis supra glabris, pedunculis solitariis glabris. L. Syst. 12. p. 459. Jacq. austr. t. 170.

Secus agros prope *Superga.*

* Althæa rosea W.

A. foliis quinque-s. septemlobo-angulatis. Sp. pl. 3. p. 1. pag. 773. Lam. illustr. t. 581. f. 1.

In hortorum rejectamentis circa hanc urbem. Colitur quoque in hortis, cognosciturque sub nomine *Rosa tramà*; Gall. *Rose trémière*, *passe Rose*, *mauve Rose.*

Malva. *Mauve.*

Polygyna. Cal. exterior 3. phyllus Caps. monospermae verticillatae, plures.

* Malva rotundifolia.

M. caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobatis, pedunculis fructiferis declinatis. L. Syst. 12. p. 460. Fl. dan. 721.

Nihil ad semitas frequentius.

* Malva sylvestris.

M. caule erecto herbaceo, foliis septemlobatis acutis, pedunculis, petiolisque pilosis. L. sp. 969. Lob. ic. t. 650. f. 2. Vern. *Riondella.*

Vulgatissima ubique.

* Malva Alcea.

M. caule erecto, foliis multipartitis, scabriusculis. L. sp. 971. Ic. Taur. 5. t. 68.

Ad fossas, et semitas locis herbidis.

# CL. XVII.

## DIADELPHIA. HEXANDRIA.

Fumaria. *Fumeterre.*

Cal. 2. phyllus. Cor. ringens, basi gibbosa nectarifera. Filamenta antheris 3.

† Fumaria bulbosa.

F. caule simplici, bracteis longitudine florum. L. sp. 983. Fl. dan. 605.

In nemoribus umbrosis collium, tum etiam prope *l' Idraulica*, et *il Parco*.

* Fumaria officinalis.

F. pericarpiis monospermis racemosis, caule diffuso, L. sp. 984. Ic. Taur. 5. t. 111.

Ad muros, in vineis, alibique frequens.

* Fumaria spicata.

F. pericarpiis monospermis spicatis, caule erecto, foliolis filiformibus L. sp. 985. Ic. Taur. 5. t. 117.

In arvis pinguibus, et hortis.

## OCTANDRIA.

### Polygala.

Cal. 2. laciniae alaeformes. Cor. vexillum cylindricum. Stam. connexa. Caps. obcordata, 2. locularis.

* Polygala vulgaris.

P. floribus cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. L. sp. p. 986. Fl. dan. t. 516.

In pratis, et pascuis.

*Variat floribus purpureis, coeruleis, et albis.*

## DECANDRIA.

### Spartium. *Genêt.*

Filamenta adhoerentia germini. Stigma adnatum, villosum.

Spartium junceum.

S. ramis oppositis teretibus apice floriferis, foliis lanceolatis. L. sp. 995. Ic. Taur. 34. t. 13.

In calidioribus collibus Taurinensibus eundo *a Superga*, tum etiam versus *Reviglíasco*, et *Peccetto*.

### Genista. *Genêt.*

Pistillum deprimens carinam. Stigma involutum.

* * Genista ovata W.

G. foliis oblongo-ovatis leguminibusque hirsutis, ramis

teretibus striatis. Sp. pl. 3. p. 2. pag. 940.

In collibus Taurinensibus frequens.

*Similis* tinctoriae, *sed differt foliis, leguminibusque hirsutis.*

* GENISTA germanica.

G. spinis compositis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. L. sp. 999. Ic. Taur. 10. t. 100.

In sylvis apricis collium.

ONONIS.

Legum rhombeum, sessile. Vexillum striatum.

* ONONIS spinosa.

O. floribus subgeminatis axillaribus, foliis inferioribus ternatis lanceolatis serratis, ramisque spinosis villosis. Wild. sp. pl. 3. p. 2. pag. 989 Fl. dan. 783.

In pascuis, et pratis siccis.

ONONIS hircina W.

O. floribus geminatis, foliis inferioribus ternatis ellipticis serratis pubescentibus, caule inermi villoso-viscoso. Sp. pl. 3. p. 2. pag. 989. Jacq. hort. t. 93.

In arvis, et pratis.

*Hircum olet; spinis caret; viscosa.*

ONONIS Natrix.

O. pedunculis unifloris aristatis, foliis ternatis viscosis, stipulis integerrimis, caule fruticoso. L. sp. 1008. Lob. ic. 28.

Ubique locis sabulosis, praesertim in alveis fluminum.

ANTHYLLIS. *Anthyllide.*

Cal. turgidus, includens siliquam.

* ANTHYLLIS Vulneraria.

A. herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. Sp. pl. 1012. Lam. ill. t. 615.

In pascuis collium, et pratis macilentis *Venariae.*

Orobus. *Orobe.*

Stylus linearis, teretiusculus, supra villosus.

Orobus vernus.

O. foliis pinnatis ovatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. L. sp. 1028. Clus. hist. 2. p. 230. f. 1.

In nemoribus collium ubique.

Orobus tuberosus.

O. foliis pinnatis lanceolatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. L. sp. 1028. Ic. Taur. 6. t. 31. 32.

Sylvas umbrosas collium inhabitat.

Orobus niger.

O. caule ramoso, foliis sexjugis ovato-oblongis. L. sp. 1028. Ic. Taur. 6. t 30.

In sylvis collium prope *Superga.*

Lathyrus. *Gesse.*

Stylus supra planus, villosusque.

Lathyrus Aphaca.

L. pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, stipulis sagittato-cordatis. L. sp. 1029. Lob. p. 70. f. 1.

Inter segetes abunde.

Lathyrus Nissolia.

L. pedunculis unifloris, foliis simplicibus, stipulis subulatis. L. sp. 1029. Ic. Taur. 17. t. 22. f. 3.

Legi copiose prope *Druent* in arvis inter segetes; tum etiam in prato quodam macilento inter *Druent*, et *la Mandria*, ac inter hanc, et *la Veneria.*

*Fol. simplicia, cirrhi nulli, stipulae minimae subulatae.*

Lathyrus sphoericus W.

L. pedunculis unifloris aristatis, cirrhis diphyllis simplicissimis ensiformibus. Sp. pl. 3. p. 2. pag. 1081.

Vulgaris in agris siccis prope *la Molinetta*, secus *Duriam*, prope *la Veneria*, alibique.

Lathyrus hirsutus.

L. pedunculis subtrifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, leguminibus hirsutis, seminibus scabris. L. Syst. 12. p. 487. Ic. Taur. 6. t. 5. et 20. t. 30.

Ad agrorum margines, locis editioribus collium.

Lathyrus tuberosus.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. L. sp. 1033. Ic. Taur. vol. 6. t. 4.

In arvis secus viam, quae ducit ad *Sturam*.

Lathyrus pratensis.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis lanceolatis. L. sp. 1033. Fl. dan. 527.

Frequens in pratis.

Lathyrus sylvestris.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. L. sp. 1033. Fl. dan. t. 325.

In dumetis collium Taurin.

Lathyrus latifolius.

L. pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. L. sp. 1034. Ic. Taur. 25. t. 45.

In nemoribus *di Superga*.

Vicia. *Vesce*.

Stylus sub stygmate barbatus.

Vicia pisiformis.

V. pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis, infimis sessilibus. L. sp 1034. Jacq. austr. t. 364.

In summa valle *Patonera* collium Taurinensium, ac in nemoribus secus Duriam inter *Lucengo* et *Colegno*.

Vicia dumetorum.

V. pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis mucro-

natis, stipulis subdentatis. L. sp. 1035. Ic. Taur. 6. t. 13.

In umbrosis dumetis, et sylvis tum collium, quam planitiei.

VICIA Cracca.

V. pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. L. sp. 1035. Ic. Taur. 7. t. 18 et 11. t. 1.

In arvis, pascuis, et pratis siccis.

* VICIA sativa.

V. leguminibus sessilibus, subbinatiserectis, foliis retusis, stipulis notatis. L. sp. 1037. Fl. dan. t. 552.

Inter segetes.

VICIA angustifolia W.

V. leguminibus sessilibus subbinatis patentibus, foliolis imis ovatis retusis emarginatis, superioribus linearibus apice integerrimis, stipulis dentatis, seminibus globosis. Sp. pl. 3. p. 2. pag. 1105. All. Fl. ped. t. 59. f. 2.

Ad agrorum, et pascuorum margines in collibus.

*Folia vix emarginata, linearia, ac versus apicem angustiora, siliqua teres, minorque.*

VICIA lathyroides.

V. leguminibus sessilibus, solitariis erectis glabris, foliolis senis: inferioribus obcordatis. L. sp. 1037. Fl. dan. 58.

In pascuis declivibus, praesertim secus Padum.

VICIA lutea.

V. leguminibus sessilibus reflexis pilosis solitariis pentaspermis, corollae vexillis glabris. L. sp 1037. Ic. Taur. 6. t. 19.

In pascuis declivibus, prope *la Molinetta.*

*Varietatem attulit D. VERDIER ex arvis Montiscalerii, quae tota hirta est. An distincta species?*

VICIA sepium.

V. leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis

ovatis integerrimis, exterioribus decrescentibus. L. sp. 1038. Fl. dan. 699.

In nemoribus umbrosis.

*Pedunculi axillares brevissimi 3. aut 4. flori. Flores purpuro-coerulei. Calyces pilosi.*

VICIA narbonensis.

V. leguminibus subsessilibus, subternis erectis, foliolis senis subovatis, stipulis denticulatis. L. Syst. 12. p. 288. Ic. Taur. 6. t. 27.

In summa valle *Patonera*, alibique in collibus, sed rara.

ERUUM. *Ers.*

Cal. 5. partitus, subaequalis, longitudine fere corollae.

ERUUM tetraspermum.

E. pedunculis subbifloris, seminibus globosis quaternis. L. sp. 1039. Ic. Taur. 6. t. 20. 23. 24. f. 1.

Ad agrorum, et sylvarum oras.

ERUUM hirsutum.

E. pedunculis multifloris, seminibus globosis binis. L. sp. 1039. Fl. dan. 639.

Inter segetes frequens.

CYTISUS. *Cytise.*

Legumen pedicellatum. Calyx bilabiatus.

CYTISUS Laburnum.

C. racemis simplicibus pendulis, foliolis ovato-oblongis. L. sp. 1041. Jacq. austr. t. 306. Vern. *Amborn.* Gall. *Faux ébénier.*

Ad sepes collium frequens.

CYTISUS sessilifolius.

C. racemis erectis, calycibus bractea triplici, foliis floralibus sessilibus. L. sp. 1041. Ic. Taur. 17. t. 69. f. 2.

In summis collibus Taurinensibus, ac versus *le Tavernette* et *Superga.*

CYTISUS hirsutus.

C. pedunculis simplicibus lateralibus, calycibus hirsutis trifidis, ventricoso-oblongis. L. sp. 1041. Jacq. obs. t. 96.

In sylvis collium, et *della Mandria.*

CYTISUS argenteus.

C. floribus subsessilibus subbinatis, foliis tomentosis, caulibus decumbentibus, stipulis minutis. L. sp. 1043. Lob. ic. 41.

Trans *Superga* locis asperis et saxosis.

CORONILLA. *Coronille.*

Lomentum articulatum, teres, rectum.

CORONILLA Emerus.

C. fructicosa, pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus calyce triplo longioribus, caule angulato. L. sp. 1046. Ic. Taur. 32. t. 63.

Ad oras sylvarum in collibus Taurinensibus.

CORONILLA varia.

C. herbacea, leguminibus erectis teretibus torosis numerosis, foliolis plurimis glabris, L. 1048. Clus. hist. 2. p. 237. f. 2.

Ad arva sicca, et vineas, tum secus Padum, alibique locis incultis.

HIPPOCREPIS.

Lomentum compresso-membranaceum: altera sutura emarginaturis ad medium excisa.

HIPPOCREPIS comosa.

H. leguminibus pedunculatis confertis arcuatis, margine exteriore repandis. L. Syst. 12. p. 492. Col. ecphr. t. 301.

In pascuis saxosis collium, praesertim versus *Superga.*

HEDYSARUM. *Sainfoin.*

Lomentum articulis subrotundis, compressis. Carina obtusissima.

* HEDYSARUM Onobrychis.

H. foliis pinnatis, leguminibus monospermis aculeatis, co-

rollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. L. sp. 1059. Jacq. austr. t. 352.

In pratis siccis, macilentis, praesertim prope *Colegno*, secus *Duriam*.

GALEGA.

Legumen lineare striis oblique transversis.

* GALEGA officinalis.

G. leguminibus strictis erectis, foliolis lanceolatis striatis nudis. L. Syst. 12. p. 496. Ic. Taur. 5. t. 125. Gall. *Lavanèse*. Vern. *Galia*.

Ad fossarum margines frequens.

ASTRAGALUS *Astragale*.

Legumen 2. loculare, rotundatum.

ASTRAGALUS Cicer.

A. caulescens prostratus, leguminibus subglobosis inflatis mucronatis pilosis. L. sp. 1067. Jacq. austr. 251

In pratis arenosis secus Padum et Sturam, tum etiam ad pratorum margines.

ASTRAGALUS glycyphyllos.

A. caulescens prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliis ovalibus pedunculo longioribus. L. sp. 1067. Ic. Taur. 6. t. 67.

Ad semitas et sepes.

ASTRAGALUS Onobrychis.

A. caulescens diffusus, pedunculis spicatis, vexillis flore duplo longioribus. L. sp. 1070. Jacq. austr. t. 38.

*Alla ſicca della Dora* supra *l' Idraulica* meritissimus *DUC* primus reperit, ubi et ipse dein observavi.

TRIFOLIUM *Trèfle*.

Legumen vix calyce longius 1. s. 2. spermum. Flores capitati.

* TRIFOLIUM officinale W.

T. leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis,

stipulis lanceolato-subulatis indivisis, caule erecto. Sp. pl. 3. p. 2. pag. 1355. Ic. Taur. 6. t. 57.

Secus rivulorum margines, et agrorum limites.

TRIFOLIUM hybridum.

T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule adscendente. L. sp. 1079. Ic. Taur. 14. t. 77. f. 2.

In pascuis collium, et secus arva.

TRIFOLIUM repens.

T. capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente. L. sp. 1080. Ic. Taur. 6. t. 42.

Ubique frequens. *Caules prostrati repentes.*

TRIFOLIUM rubens.

T. spicis villosis longis, corollis monopetalis, caule erecto, foliis serrulatis. L. sp. 1081. Jacq. austr. t. 385.

In graminosis sylvarum editiorum collium Taurinensium.

*Planta glabra. Spica unica; dens calycis imus longitudine corollae.*

TRIFOLIUM pratense.

T. spicis globosis villosis cinctis, stipulis oppositis membranaceis, corollis monopetalis. L. sp. 1082. Fl. dan. 989. Vern. *Trafuj.*

In pratis vulgatissimum.

TRIFOLIUM medium W.

T. spicis laxis subglobosis solitariis, calycis dente infimo tubum corollae monopetalae subaequalis aequante, stipulis subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis stricto venosis, caulibus ramosisflexuosis. Sp. pl. 3. p. 2. p. 1367. Jacq. austr. t. 386.

In collibus Taurinensibus circa *Riaje.*

TRIFOLIUM alpestre.

T. spicis subglobosis villosis terminalibus caule erecto, fo-

liis lanceolatis serrulatis. L. sp. 1082. Jacq. austr. t. 433.

In pascuis editioribus collium.

*Spicae terminales 2. stipulae virides, ultimae lanceolatae.*

TRIFOLIUM incarnatum.

T. spicis villosis oblongis obtusis aphyllis, foliolis subrotundis crenatis. L. sp. 1083. Lob. ic. 39.

In pratis sterilibus inter *Colegno*, et *la Mandria* reperi.

TRIFOLIUM ochroleucum.

T. spicis villosis, caule erecto pubescente, foliolis infimis obcordatis. L. Syst. Veg. 583. Jacq. austr. t. 40.

Locis apricis collium D. *Duc.*

TRIFOLIUM arvense.

T. spicis villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis villosis aequalibus. L. Syst. 12. p. 503. Ic. Taur. 6. t. 52. et 53.

In arvis arenosis.

TRIFOLIUM scabrum.

T. capitulis sessilibus lateralibus ovatis, calycibus inaequalibus rigidis persistentibus. L. sp. 1084. Vaill. par. t. 73. f. 1.

In pascuis parum herbidis calidis, et siccis; etiam secus Padum eundo ad *Valentino.*

TRIFOLIUM glomeratum.

T. capitulis aequalibus rigidis sessilibus, calycibus striatis patulis aequalibus. L. sp. 1084. Barr. ic. 882.

Locis sterilibus secus Duriam eundo ad *Colegno.*

TRIFOLIUM striatum.

T. capitulis sessilibus sublateralibus ovatis, calycibus striatis rotundis. L. sp. 1085. Vaill. paris. t. 33. f. 2.

In pascuis declivibus, siccisque prope *Rubianette.*

TRIFOLIUM fragiferum.

T. capitulis subrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis,

caulibus repentibus. L. Syst. 12. p. 503. Vaill. paris. t. 22. f. 2.

In pascuis frequens.

TRIFOLIUM montanum.

T. spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto. L. sp. 1087. Ic. Taur. 7. t. 49.

In pratis editioribus collium, inque iis *della Mandria.*

TRIFOLIUM agrarium.

T. spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus nudis, caule erecto. L. Syst. 12. p. 503. Ic. Taur. 6. t. 55.

In arvis, et ad sylvarum oras.

TRIFOLIUM procumbens.

T. spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, caulibus procumbentibus. L. sp. 1088. Ic. Taur. 6. t. 56. In pascuis.

*Flores lutei, post floreſcentiam fuſceſcentes.*

TRIFOLIUM filiforme.

T. spicis subimbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pedicellatis, caulibus procumbentibus. L. sp. 1088.

In pratis.

*Simile praecedenti, sed caulis debilior; flor. luteo pallidi, neque fuſceſcentes poſt floreſcentiam.*

LOTUS. *Lotier.*

Legumen teres farctum seminibus cylindricis.

LOTUS siliquosus.

L. leguminibus solitariis membranaceo quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis subtus pubescentibus. L. sp. 1089. Jacq. austr. 361.

In pratis, locis sabulosis prope *Lucengo*, et *la Veneria.*

* LOTUS corniculatus.

L. capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. L. sp. 1092. Ic. Taur. 20. t. 31. Ad vias, et in pratis abunde.

DORYCHNIUM.

Cal. 5. dentatus. Legumen turgidum.

DORYCHNIUM herbaceum W.

D. foliolis obovatis obtusis, calycinis dentibus ovatis, caule herbaceo. Sp. pl. 3. p. 2. p. 1397. Vill. delph. 3. t 41.

In pascuis saxosis prope *Superga*, abunde quoque ad oras sylvarum prope *Revigliasco* secus viam.

MEDICAGO. *Luserne.*

Legumen spirale membranaceum compressum. Pistillum carinam deprimens.

* * MEDICAGO sativa.

M. pedunculis racemosis, leguminibus contortis, caule erecto glabro. L. sp. 1096. Ic. Taur. 6. t. 76.

In pratis humidis.

MEDICAGO falcata.

M. pedunculis racemosis. leguminibus lunatis, caule prostrato. L. sp. 1096. Fl. dan. t. 233.

In pratis et pascuis frequens.

MEDICAGO lupulina.

M. spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caule procumbente. L. sp. 1097. Ic. Taur. 6. t. 59.

Ad vias, et in pratis ubique obvia.

MEDICAGO orbicularis.

M. leguminibus solitariis cochleatis depressis planis, stipulis ciliatis, caule diffuso. L. Syst. 12. p. 506.

In vineis calidis vallis *di Sassi.*

MEDICAGO muricata.

M. cochleata dicarpos, capsula spinosa rotunda minore. L. Syst. 12. p. 506. Ic. Taur. 23. t. 109.

In pascuis *della Molinetta*, ac locis calidioribus collium.

MEDICAGO hirsuta.

M. leguminibus solitariis globosis brevissimis echinatis, stipulis serratis. L Syst. 12. p. 506.

In omnibus pascuis declivibus.

# CL. XVIII.

## POLYADELPHIA. POLYANDRIA.

HYPERICUM. *Millepertuis.*

Cal. 5. partitus inferus. Cor. 5. petala. Styli 4. 3., s. 5. Capsula locularis.

* HYPERICUM Androsaemum.

H. floribus trigynis, fructibus baccatis, caule fruticoso ancipiti. L Syst. 12. p. 509. Ic. Taur. 15. t. 105. f. 2. Gall. *Fonte saine.*

Secus torrentes in sylvis inter *S. Mauro* et *Superga.*

HYPERICUM quadrangulare.

H. floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. L. sp. 1104. Fl. dan. 640.

Secus pratorum fossas, ac locis humidiusculis.

* HYPERICUM perforatum.

H. floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucido punctatis. L. sp. 1105. Ic. Taur. 29. t. 38.

Locis aridis et siccis ubique.

HYPERICUM humifusum.

H. floribus trigynis axillaribus solitariis, caulibus ancipitibus prostratis filiformibus, foliis glabris. L. sp. 1105. Fl. dan. t. 141.

*PIOTTA* in arvis prope *la Molinetta.* Copiose in sylvis *della Mandria* provenire observavi.

HYPERICUM montanum.

H. floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti erecto, foliis ovatis glabris. L. sp. 1105. Fl. dan. t. 173.

In summis collibus ad sylvarum margines.

HYPERICUM hirsutum.

H. floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti erecto, foliis ovatis subpubescentibus. L. sp. 1105. Ic. Taur. 23. t. 36.

In omnibus sylvis, maxime collinis.

# CL. XIX.

## SYNGENESIA. POLYGAMIA ÆQUALIS.

TRAGOPOGON. *Salsifis.*

Recept. nudum. Pappus plumosus, stipitatus. Cal. simplex polyphyllus.

** TRAGOPOGON pratensis W.

T. calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris strictis. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1492. Ic. Taur. 11. t. 49. Vern. *Barbabouch.*

In pratis ubique.

SONCHUS. *Laitron.*

Recept. nudum. Pappus pilosus sessilis. Cal. imbricatus conicus.

SONCHUS arvensis.

S. pedunculis, calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi cordatis. L. sp. 1116. Fl. dan. t. 606.

Oritur ad fossas aquarum secus arva.

* SONCHUS oleraceus.

S. pedunculis tomentosis, calycibus glabris. L. sp. 1116. Fl. dan. 682.

Locis pinguibus, et in ruderatis.

Var. A. Sonchus laevis.

Var. B. . . . . . asper. *Hic cilia habet ad foliorum marginem ſirmiora, ac spinulosa.*

LACTUCA *Laitue.*

Receptacul. nudum. Pappus pilosus stipitatus. Cal. imbricatus, margine scarioso.

* † LACTUCA Scariola.

L. foliis verticalibus, carina aculeatis. L. sp. 1119. Ic. Taur. 19. t. 97.

Ad vineas locis saxosis.

† LACTUCA virosa.

L. foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis. L. sp. 1119. Ic. Taur. 13. t. 56.

Iisdem locis, ubi praecedens, oritur.

*Fol. horizontalia, oblonga, denticulata, non lobata.*

LACTUCA saligna.

L. foliis hastato-linearibus sessilibus carina aculeatis. L. sp. 1119. Jacq. austr. t. 250.

In vineis etiam occurrit.

*Caulis ut plurimum simplex, laevis, firmus, albidus, raro spinosus. Folia superiora integra, angustiora, salicis ad instar. Flores arcte caule adpressi, exigui, lutei.*

CHONDRILLA. *Chondrille.*

Receptac. nudum. Pappus pilosus stipitatus. Cal. calyculatus multiflorus.

CHONDRILLA juncea.

C. foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. L. sp. 1120. Jacq. austr. t. 427. Vern. *Viscarola.*

In pascuis arenosis; frequens locis arenosis declivibus secus *Padum.*

PRENANTHES. *Prenanthe.*

Receptaculum nudum. Pappus pilosus. Cal. calyculatus subquinqueflorus.

PRENANTHES purpurea.

P. flosculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis L. sp. 1121. Jacq. austr. 317.

In collium sylvis editioribus, umbrosisque.

PRENANTHES hieracifolia W.

P. foliis radicalibus runcinatis, caulinis ovato-lanceolatis basi sagittatis, panicula corymbosa, divaricata nuda. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1541. Ic. Taur. 12. t. 6 .

In pascuis siccis declivibus *della Molinetta*, ac in collibus calidioribus.

PRENANTHES muralis.

P. flosculis quinis, foliis runcinatis. L. sp. 1121. Fl. dan. 509.

Locis umbrosis ad oras sylvarum.

LEONTODON. *Liondent.*

Recept. nudum. Pappus pilosus stipitatus Cal. duplex.

* LEONTODON Taraxacum.

L. calyce inferne reflexo, foliis runcinatis denticulatis laevibus. L. sp. 1122. Bull. herb. t. 217. Gall. *Pissenlit.* Vern. *Sicoria salvaja.*

Ubique.

APARGIA.

Receptaculum nudum. Pappus plumosus sessilis. Calix imbricatus.

APARGIA autumnalis W.

A. scapis ramosis declinatis squamosis, foliis lanceolatis, runcinato-pinnatifidis, glabriusculis. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1550. Fl. dan. 501.

In pascuis, et pratis ubique.

APARGIA hispida W.

A. scapo nudo unifloro calyce hirto, foliis runcinato-dentatis hirtis, pilis furcatis. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1552. Ic. Taur. 13. t. 76. 82.

Nihil in pratis frequentius.

PICRIS. *Picride.*

Recept. nudum. Pappus plumosus stipitatus. Sem. transversim striata. Calyx calyculatus.

PICRIS hieracioides.

P. perianthiis laxis, foliis integris, pedunculis squamatis in calycem. L Hort. cliff. 387. Lam. Illustr. t. 648. f. 2.
In pascuis. *Floret autumno.*

HIERACIUM. *Epervière.*

Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. imbricatus, ovatus.

* HIERACIUM Pilosella.

H. foliis integerrimis ovatis subtus tomentosis, stolonibus repentibus, scapo unifloro. L. Syst. 12. p. 522. Bull. herb. t. 279.
Ubique ad vias locis aridis.

HIERACIUM dubium.

H. foliis integris ovato-oblongis, stolonibus repentibus, scapo nudo multifloro. L. sp. 1125. Fl. dan. 1111.
In pascuis circa *Eremum.*

HIERACIUM florentinum W.

H. scapo folioso glabriusculo, floribus corymboso-paniculatis, pedunculis propriis divaricatis, calycibus hirtis, foliis lanceolatis acutis integerrimis subglabris. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1565. Moris. 3. s. 7. t. 8. f. 11.
Secus Duriam prope Taurinum; copiose in pascuis *della Veneria.*

HIERACIUM cymosum.

H. foliis lanceolatis integris pilosis, scapo subnudo, basi piloso, floribus subumbellatis. L. sp. 1126. Col. ecphr. t. 249.
In pascuis arenosis secus *Sturam.*

HIERACIUM staticifolium W.

H. scapo subnudo ramoso subtrifloro, pedunculis squamosis,

foliis lineari-lanceolatis denticulatis glabris. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1567. Allion. Fl. ped. t. 81. f. 2.

Locis arenosis saxosis secus torrentes a *Mongrano* ad *Superga*.

HIERACIUM sylvaticum W.

H. caule folioso erecto simplici, foliis oblongis villosis subdentatis, floribus paniculatis. Sp. pl. 3. p. 3. pag. 1578. Allion. Fl. ped. t. 28. f. 1.

Ad agros, nemora, et pascua in collibus frequens.

HIERACIUM sabaudum.

H. caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus. L. sp. 1131. All. Fl. ped. t. 27. f. 2.

In sylvis prope *il Parco*.

HIERACIUM umbellatum.


* Bryonia alba.

B. foliis palmatis utrinque calloso scabris. L. sp. 1438. Fl. dan. t. 813. Vern. *Cossa salvaja.*

Ad sylvas, et sepes planitiei.

# CL. XXII.

## DIOECIA. MONANDRIA.

Najas. *Nayade.*

*Mas.* Cal. 2. fidus. Cor. 4. fida Filam. nullum.
*Foem.* Cal. nullus. Cor. o. Pist. 3. Caps. 1. locul.

Najas minor Allion.

N. foliis linearibus dentatis recurvis: terminalibus fasciculatis. Roth. Fl. germ. 2. p. 2. pag. 500. Lam. Illustr. t. 799. f. 2. Caulinia fragilis W. Sp. pl. 4. p. 1. pag. 182.

In aquis stagnantibus prope *Lucengo.*

## DIANDRIA.

Salix. *Saule.*

*Mas.* Ament. Squama. Cor. nulla. Stam. 2. raro 5.
*Foem.* Amentum squama. Cor. o. Stigm. 2. Caps. bivalvis. Sem. papposa.

* * Salix vitellina.

S. foliis serratis ovatis acutis glabris: serraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. L. sp. 1442. Gall. *Ozier, ozier jaune.*

Ad fluvios et torrentes. Colitur etiam in pratis humidis.

Salix amygdalina.

S. foliis serratis glabris lanceolatis, petiolatis, stipulis trapeziformibus. L. sp. 1443.

In arenosis secus Sturam.

*Rami flexiles admodum nigro, aut purpureo cortice obducti. Fol. longa lanceolata dentata glaberrima.*

SALIX fragilis.

S. foliis serratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. L. sp. 1443.

In sylvis.

*Rami patentes, ad articulos fragillimi.*

SALIX Helix.

S. foliis serratis glabris lanceolato-linearibus: superioribus oppositis obliquis. L. sp. 1444.

Secus *Sturam.*

SALIX caprea.

S. foliis ovatis rugosis, subtus tomentosis undatis, superne denticulatis. L. sp. 1448. Ic. Taur. 7. t. 33. 34. Gall. *Marceau.*

Locis paludosis frequens.

SALIX viminalis.

S. foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis, subtus sericeis, ramis virgatis. L. sp. 1448. Gall. *Ozier blanc, ozier noir, ozier vert.* Vern. *Sales.*

Secus Sturam, alibique frequens.

*Rami longi recti, sat flexiles, ad articulos fragiles. Folia supra glabra, subtus sericea; juniora ad marginem contorta.*

* * SALIX alba.

S. foliis lanceolatis acuminatis serratis, utrinque pubescentibus, serraturis infimis glandulosis. L. sp. 1449.

Vulgaris secus fluvios, et sylvas subhumidas.

*Ramorum cortex viridulus, laevis. Folia supra glabra, subtus leviter sericea.*

## TETRANDRIA.

### VISCUM. *Guy.*

*Mas.* Cal. 4. partitus. Cor. nulla.
*Foem.* Cal. 4. phyll. Cor. o. Stigm. obtusum. Bacca 1. sperma infera.

* VISCUM album.

V. foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, spicis axillaribus. L. sp. 1451. Lam. Illustr. t. 87.

In collibus Taurinensibus occurrit *malis* praesertim innascens ad vineam *Sordevolo* in valle *Salicum* dicta.

### HIPPOPHAE. *Argoussier.*

*Mas.* Cal. 2. partitus. Cor. nulla.
*Foem.* Cal. 2. fidus. Cor. o. Pistill. 1. Bacca 1. sperma, arillo truncato.

HYPPOPHAE Rhamnoides.

H. foliis lanceolatis L. sp. 1452. Fl. dan. 265.

Secus Duriam inter *il Pallone*, et *il Martinetto.*

## PENTANDRIA.

### HUMULUS. *Houblon.*

*Mas.* Cal. 5. phyll. Cor. nulla.
*Foem.* Cal. 1. phyll. Cor. o. Styl. 2. Sem. calyce alatum.

* HUMULUS Lupulus.

H. sp. 1457. Bull. herb. t. 234.

In dumetis, et ad sepes ubique. Vern. *Luvertin.*

## HEXANDRIA.

### TAMUS. *Tamme.*

*Mas.* Cal. 6. phyllus. Cor. nulla.
*Foem.* Cal. 6. phyll. Cor. o. Styl. 3 fid. Bacca infera, 3. locularis.

† TAMUS communis.

T. foliis cordatis indivisis. L. sp. 1458. Lam. illustr. t. 817.

In sylvis admodum frequens.

## OCTANDRIA.

### Populus. *Peuplier.*

*Mas.* Ament. lacerum. Cor. o. Nectar. ovat. Stam. 8 - 16.
*Foem.* Amentum lacerum. Cor. o. Stigma 4. fid. Caps. 2. valvis. Sem. papposa.

* * Populus alba.

P. foliis subrotundis dentato-angulatis, subtus tomentosis. L. sp. 1463. Lob. ic. t. 193. f. 1. Vern. *Piobba.*
In sylvis humectis, et secus fluvios.

* Populus nigra.

P. foliis deltoidibus acuminatis serratis. L. sp. 1464. Vern. *Arbron.*
Secus fluentes aquas, aliisque locis vulgatissima.

Populus tremula.

P. foliis subrotundis, dentato-angulatis utrinque glabris. L. sp. 1464. Gall. *Tremble.* Vern. *Termo.*
In sylvis.

## ENNEANDRIA.

### Mercurialis. *Mercuriale.*

*Mas.* Cal. 3. phyllus. Cor. nulla. Stam. 9 - 12.
*Foem.* Cal. 3. phyllus. Cor. o. Styl. 2. Caps. 2. cocca.

† Mercurialis perennis.

M. caule simplicissimo, foliis scabris. L. sp. 1465. Fl. dan. t. 400.
In sylvis, praesertim collium.

* Mercurialis annua.

M. caule brachiato, foliis glabris, floribus spicatis. L. sp. 1465. Lam. Illustr. t. 820. Gall. *Mercuriale*, *Foirole*, *Vignoble*, *Vignette.* Vern. *Mercorella.*
Secus hortos et ruderata.

### Hydrocharis.

*Mas.* Cal. 3. phyll. Cor. 3. petala.

*Foem.* Cal. 3. phyll. Cor. 3. petala. Styl. 6. Caps. infera, 6. locul.

Hydrocharis Morsus Ranae.

H. sp. 1466. Fl. dan. 878.

Supra *Moncalieri* versus *l'Alleggia* loco dicto *il Pô morto* aquis innatantem vidit *Molineri*.

## MONADELPHIA.

Juniperus. *Génerrier.*

*Mas.* Amentum. Cor. nulla. Stam. 3.

*Foem.* Cal. 3. partitus. Cor. 3. petal. Styl. 3. Bacca infera, 3. sperma, calycina.

* Juniperus communis.

J. foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. L. sp. 1470. Vern. *Geneiver.*

In sylvis apricis collium, et in dumetis prope Sturam.

# CL. XXIII.

## POLYGAMIA. MONOECIA.

Andropogon. *Barbou.*

*Herm.* Glum. 1. flor. Glum. basi arist. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1.

*Mas.* Glum. 3. fl. Glum. 3. arist. Stam. 3.

Andropogon Gryllus.

A. paniculae pedunculis simplicissimis trifloris, flosculo hermaphrodito aristato ciliato, basi barbato. L. sp. 1480. Host. Gram. austr. 2. p. 1. t. 1.

In pratis, et pascuis siccis.

Andropogon Ischaemum.

A. spicis digitatis plurimis, flosculis sessilibus aristato, muticoque, pedunculis lanatis. L. sp. 1483. Host. l. c. p. 3. t. 3. Gall. *Pied-de-poule.*

Locis sterilibus ubique.

HOLCUS. *Houque.*

*Herm.* Gluma 1. flora. Gluma 2. valvis. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1.

*Mas.* Gluma 1. flora. Glum. 2. valv. Stam. 3.

HOLCUS halepensis.

H. glumis glabris, floribus hermaphroditis muticis, foemineo aristato. L. Syst. 12. p. 669. Host. Gr. austr. 1. p. 1. t. 1.

In arvis argillaceis collium, circa *Lucengo*, et ad prati marginem retro *il Parco.*

HOLCUS mollis.

H. glumis 2. floris nudiusculis: flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista geniculata. L. sp. 1485. Host. l. c. p. 3. t. 3.

Prope *Eremum* in pratis, atque inter *il Martinetto*, et *il Barracone* ad rivulorum margines.

*Glumae acutissimae, ad marginem, dorsoque leniter ciliatae, superficie laevi.*

HOLCUS lanatus.

H. glumis bifloris villosis: flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista recurva. L. Syst. 12. p. 670. Host. l. c. p. 2. t. 2.

In pratis irriguis ubique.

*Glumae villosae, lanatae praecedenti breviores, minusque acutae.*

ÆGILOPS. *Egilope.*

*Herm.* Glum. 3. flor. Glum. 8. arist. Stam. 3. Styl. 2. Sem. 1.

*Mas.* Glum. 3. flor. Glum. 3. arist. Stam. 3.

ÆGILOPS ovata.

Æ. spica ovata, calycibus omnibus triaristatis. L. Syst. 12. p. 671. Host. Gram. austr. 2. p. 5. t. 5.

In propugnaculo ad navalis finem mihi saepissime occurrit.

VALANTIA. *Vaillansie.*

*Herm.* Cal. nullus. Cor. 4. part. Stam. 4. Styl. 2. fid. Sem. 2.

*Mas.* Cal. null. Cor. 3. s. 4. partit. St. 3. s. 4.

VALANTIA Aparine.

V. floribus masculis trifidis pedicellatis hermaphroditici pedunculo in identibus. L. Syst. veg. Murr. p 908. *Galium Saccharatum.* All. hujus varietas. Ic. Taur. 7 t. 64.

In collibus Taurinensibus calidioribus, vineis *di Mongrano*, alibique etiam in arvis frequens obviam venit.

* VALANTIA Cruciata.

V. floribus masculis quadrifidis, pedunculis diphyllis. L. sp. 1491. Lob. ic. 804. f. 2.

Ad vias, et sepes ubique.

VALANTIA pedemontana Bell.

V. floribus masculis subquadrifidis, foliis quaternis ovalibus hirsutis, pedunculis aphyllis paucifloris. Bell. app. ad fl. ped. p. 46. t. 5.

In pascuis prope *la Molinetta*, ac retro hortum magni Valentini; in sylvis prope *Stupinixium* elapso anno observavi.

VALANTIA glabra.

V. floribus masculis quadrifidis, pedunculis dichotomis aphyllis, foliis ovalibus ciliatis. L. sp. 1491. Scop. Fl. carn. 2. t. 2.

In pascuis collium frequens.

PARIETARIA. *Parietaire.*

*Herm.* Cal. 4. fid. Cor. nulla. Stam. 4. Styl. 1. Sem. 1.
*Foem.* Cal. 4. fid. Cor. nulla. Styl. 1. Sem. 1.

* PARIETARIA officinalis.

P. foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus aphyllis. L. Syst. 12. p. 672. Lam. Illustr. t. 853. f. 1. Gall. *Paritoire*, *Vitriole*, *Casse pierre*, *Panatage*, *Perce muraille.* Vern. *Panataria.*

Ad parietes frequens.

ATRIPLEX. *Arroche.*

*Herm.* Cal. 5. phyll. Cor. nulla. Stam. 5. Styl. 2 fid. Sem. 1.
*Foem.* Cal. 2. phyll. Cor. nulla. Styl. 1. fid. Sem. 1.

ATRIPLEX patula.

A. caule herbaceo patulo, foliis subdeltoideo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis. L. sp. 1494. Lob. ic. 257. f. 2.

Ad muros, et hortos locis pinguibus.

ACER. *Érable.*

*Herm.* Cal. 5. fid. Cor. 5. petala. Stam. 8. Styl. 2. Caps. 2-cocca alata.
*Mas.* Cal. 5. fid. Cor. 5. pet. Stam. 8.

* ACER Pseudo-Platanus.

A. foliis quinquelobis inaequaliter serratis, floribus racemosis. L. sp. 1495. Ic. Taur. 14. t. 102. Gall. *Faux platane.*

In sylvis collium editiorum.

ACER campestre.

A. foliis lobatis obtusis emarginatis. L. sp. 1497. J. B. hist. 1. p. 1. p. 166.

In omnibus sylvis sat frequens.

# CL. XXIV.

## CRYPTOGAMIA. FILICES.

EQUISETUM. *Prêle.*

Spica sparsa. Fructificationes peltatae, basi valvulatae.

* EQUISETUM arvense.

E. scapo fructificante nudo; sterili frondoso. L. sp. 1516. Ic. Taur. 6. t. 42.

In arvis *di S. Rocchetto*, et alibi in arvis subhumidis.

EQUISETUM palustre.

E. caule angulato, frondibus simplicibus. L. sp. 1516. Lob. ic. 795.

Secus Padum.

Equisetum fluviatile.

E. caule striato, frondibus subsimplicibus. L. sp. 1517.

Locis spongiosis, et ad fontium scaturigines in collibus, ac planitie.

*Maximum. Caulis crassus, erectus, valde articulatus. Folia minuta, longissima, articulata, tetragona.*

* * Equisetum hyemale.

E. caule nudo scabro, basi subramoso. L. sp. 1517. Ic. Taur. 19. t. 35. f. 6. Vern. *Rasparella.*

In dumetis secus *Sturam*, ac *Padum.*

Ophioglossum. *Ophioglosse.*

Spica articulata. Fructificat. circumscissae.

* Ophioglossum vulgatum.

O. fronde ovata. L. sp. 1518. Fl. dan. 147. Gall. *Langue de serpent, Herbe sans couture.* Vern. *Erba senza costa.*

In pratis humidis ex adversa parte collium sub via *di Reviglíasco;* in sylva vineae *d'Aigueblanche* mihi etiam obviam venit.

Osmunda. *Osmonde.*

Spica racemosa. Fructificat. bivalves.

Osmunda Struthiopteris.

O. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, scapo fructificante disticho. L. sp. 1522.

Secus Sturam prope *il Parco* locis pinguibus, umbrosisque.

Acrostichum. *Acrostic.*

Macula discum totum occupans.

Acrostichum marantae.

A. frondibus subpinnatis; pinnis opposito-coadunatis subtus hirsutissimis; basi subdentatis. L. sp. 1527. Ic. Taur. 14. t. 34. f. 2.

Ad saxorum rimas inter *Superga* et *Baudissè.*

PTERIS.

Lineae marginis ad peripheriam.

* PTERIS aquilina.

P. frondibus supradecompositis: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis; superioribus minoribus. L. sp. 1533. Bull. herb. t. 207. Vern. *Files*, *féles*, vel *feils*.

In sylvis collium, et planitiei.

ASPLENIUM. *Doradille.*

Lineae disci subparallelae, variae.

* ASPLENIUM Scolopendrium.

A. frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. L. sp. 1537. Gall. *Langue de cerf.*

Locis umbrosis ad muros vineae *Lapiè*, ac in caveis horti magni Valentini secus Padum.

* ASPLENIUM Ceterach.

A. frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus, obtusis. L. Syst. 12. p. 689. Bull. herb. t. 383. Vern. *Erba dorà*.

In muris vineae Reginae, ac in valle Salicum.

* ASPLENIUM Trichomanoides.

A. frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis. L. Syst. 12. p. 690. Ic. Taur. 10. t. 8. f. 2.

In muris vetustis, ad vias locis valde umbrosis, ac ad arborum radices.

* ASPLENIUM Ruta muraria.

A. frondibus alternatim decompositis: foliolis cuneiformibus crenulatis. L. sp. 1541. Fl. dan. 190.

Ad muros vetustos, et sepes.

* ASPLENIUM Adiantum nigrum.

A. frondibus subpinnatis: foliis alternis: pinnis lanceolatis inciso-serratis. L. sp. 1541. Fl. dan. 250.

Locis editioribus collium ad radices fruticum, ac inter saxa.

POLYPODIUM. *Polypode.*

Puncta disci distincta.

* POLYPODIUM vulgare.

P. frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata. L. sp. 1544. Bull. herb. t. 191.
Ad arborum radices locis umbrosis collium.

POLYPODIUM Phegopteris.

P. frondibus subbipinnatis: foliolis infimis reflexis, paribus pinna quadrangulari coadunatis. L. sp. 1550. Moris. hist. 3. s. 14. t. 4. f. 17.
In sylvis umbrosis *della Mandria.*

* POLYPODIUM Filix mas.

P. frondibus bipinnatis, pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo. L. sp. 1541. Bull. herb. t. 183. *Flores reniformes.*
In sylvis, ac locis umbrosis.

* POLYPODIUM Filix foemina.

P. fronde bipinnata: pinnis lanceolatis pinnatifidis acutis. L. Syst. 12. p. 693.
In sylvis umbrosis collium, ac locis humidiusculis.

POLYPODIUM Thelipteris.

P. fronde bipinnata: pinnis pinnatifidis integerrimis subtus undique polline tectis. L. Syst veg. Murr. p. 937. Fl. dan. 760.
In summa valle Salicum in collibus Taurin.; ac prope *la Mandria* locis aquosis.

POLYPODIUM aculeatum.

P. frondibus bipinnatis: pinnulis lunulatis ciliato-dentatis, stipite strigoso. L. sp. 1522. Moris. hist. 3. s. 14. t. 3. f. 15.
Locis umbrosis ad oras sylvarum in collibus Taurin.

POLYPODIUM aristatum Vill.

P. frondibus subtripinnatis, pinnulis utrinque serratis. Delph. 3. p. 844. Moris. 3. s 14. t. 3. f. 11.

In sylvis *della Mandria* prope *Sturam*, ac in nemoribus *Stupinixii*.

POLYPODIUM fragile.

P. frondibus subbipinnatis, foliolis remotis, pinnulis subrotundis incisis. L. sp. 1553. Fl. dan. 401.

Secus vias, ad arburcularum radices, ac ad muros oritur. *Planta mire varians*.

POLYPODIUM Dryopteris.

P. frondibus supra decompositis: foliolis ternis bipinnatis. L. sp. 1555. Ic. Taur. 16. t. 6.

Prope *la fabbrica della polvere* cis *Duriam*, ac in nemoribus *della Mandria*.

ADIANTHUM. *Adianthe*.

Maculae apicum margine reflexo obtectae.

* ADIANTHUM Capillus veneris.

A. foliis decompositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. L. sp. 1558. Bull. herb. t. 247. Gall. *Capillaire*. Vern. *Capelvenere*.

In muris fontium *del Valentino*, ac in caveis ad Padi ripam inter *Valentinum* et *Taurin. urbem*.

MARSILEA.

Fructus 4. capsularis.

MARSILEA natans.

A. foliis oppositis simplicibus. L. Syst. 12. p. 69. Mich. gen. t. 58.

Loco dicto il *Pô morto* inter *Moncalieri* et *l'Alloggia*.

MUSCI.

LYCOPODIUM. *Lycopode*.

Anthera bivalvis sessilis.

LYCOPODIUM clavatum.

L. foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculis geminis. L. sp. 1564. Dill. Musc. t. 58. f. 1.

In ericetis collium Taurin.

LYCOPODIUM helveticum.

L. foliis bifariis patulis, superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis. L. sp. 1568. Dill. Musc. t. 64. f. 2.

Secus ripam *Sturae*.

SPHAGNUM. *Sphaigne.*

Anthera ore laevi.

SPHAGNUM arboreum.

S. ramosum repens, antheris lateralibus. L. sp. 1570. Dill. Musc. t. 32. f. 6.

Super truncos arborum.

FONTINALIS. *Fontinale.*

Anthera sessilis perichaetio imbricato obvoluta.

FONTINALIS antipyretica.

F. foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. L. sp. 1571. Mich. t. 59. f. 9.

Secus Padum in aquis, ac secus rivulos a fontibus manantes.

POLYTHRICUM. *Polytric.*

Anth. cum apophysi minima, marginata.

POLYTHRICUM commune.

P. caule simplici, anthera parallelepipeda. L. sp. 1573. Dill. Musc. t. 54. f. 1.

In sylvis frequens.

MNIUM. *Mnion.*

Anthera sine apophysi.

MNIUM pellucidum.

M. caule simplici, foliis ovatis. L. sp. 1574. Dill. Musc. t. 31. f. 2.

Tetraphis pellucida Brid. Musc. 1. p. 2. pag. 48.

In umbrosis subhumidis, praesertim collinis.

MNIUM androgynum.

M. caule ramoso, androgynum. L. sp. 1574. Dill. Musc. t.3. f.1.

Bryum androgynum Brid. l. c. t. 2. p. 2. pag. 16.

Ad radices arborum caesarum in nemoribus umbrosis prope *Superga.*

MNIUM fontanum.

M. caule simplici geniculis inflexo. L. sp. 1574. Dill. Musc. t. 44. f. 1. Oed. fl. dan. t. 298. Brid. l. c. p. 78.

Ad fontium scaturigines vulgare.

MNIUM hygrometricum.

M. acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. L. sp. 1575. Fl. dan. 648. f. 2

Funaria hygrometrica Brid. l. c. p. 118.

Locis humidis, ad muros etiam frequens occurrit.

*Pedunculus pallidus, dein rubescens obliquus; siccatus erigitur, madefactus inflectitur.*

MNIUM pyriforme.

M. antheris pendulis turbinatis, stipite filiformi, floribus foemineis setiferis. L. sp. 1576. Dill. Musc. t. 51. n. 71.

Webera pyriformis Brid. l. c. p. 124.

Ad rupes, ac muros septentrionem spectantes.

MNIUM Polythricoides.

M. calyptra villosa. L. sp. 1576. Dill. Musc. t. 55. f. 6.

Polythricum nanum Brid. l. c. t. 1. p. 2. pag. 88.

Ad margines viarum locis editioribus, umbrosisque collium Taurinensium.

MNIUM serpyllifolium.

M pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. L. sp. 1577. Dill. Musc. t. 53. f. 81.

Ad sepes, umbrosas sylvas, vel subhumidas.

MNIUM turbinatum Brid.

M. trunco erecto superne ramoso; foliis ovato-lanceolatis, patulis; capsulae pendulae pyriformis operculo mammillari. Musc. t. 2. p. 3. pag. 95. Dill. Musc. t. 51. f. 74.

In udis collium Taurinensium.

MNIUM cuspidatum Brid.

M. trunco sterili erecto, vel reptante; fertili erecto simplici; foliis ovato-lanceolatis acumine brevi serratis; capsulae pendulae oblongae operculo convexo. l. c. p. 108. Dill. Musc. t. 53. f. 79.

In nemoribus umbrosis collium.

BRYUM. *Bry*.

Anthera pedunculo terminali e tuberculo.

a. *Antheris sessilibus.*

BRYUM apocarpum.

B. antheris sessilibus terminalibus, calyptra minima. L. sp. 1579. Oed. dan. 480.

Grimmia apocarpa Brid. Musc. t. 1. p. 2. pag. 57.

In saxosis apricis collium.

BRYUM striatum.

B. antheris sessilibus sparsis, calyptris striatis, sursumque pilosis. L. Syst. 12. p. 701. Oed. dan. t. 537.

Orthotrichum striatum Brid. Musc. t. 3. p. 20.

In corticibus vetustiorum arborum in coll. Taurin.

b. *Antheris pedunculatis erectis.*

BRYUM pomiforme.

B. antheris erectis sphoericis. L. sp. 1580. Dill. Musc. t. 44. f. 1.

Barthramia pomiformis. Brid. l. c. 2. p 3. pag. 129.

Locis umbrosis collium, ac speciatim in nemoribus vineae *di Quinto*.

BRYUM pyriforme.

B. antheris erectis obovatis, calyptra subulata, surculis acaulibus, foliis ovatis muticis. L. sp. 1580. Oed. dan. 531.

Gymnostomum pyriforme Brid. vol. 2. p. 1. pag. 37.

Locis humidis, ac ad rivulos frequens primo vere.

BRYUM extinctorium.

B. anthera erecta oblonga minori. calyptris laxis aequa-

libus. L. sp. 1581. Oed. fl. dan. 1001.

Leersia vulgaris Brid. l. c. p. 51.

In pascuis saxosis macilentis *della Molinetta*, ac ad muros propugnaculorum inter portam novam, et arcem.

Bryum ciliare Gmel.

B. surculo subramoso, calyptra ampla conica ciliata. Syst. nat. 2. p. 1332. Dill. Musc. t. 45. f. 9.

Brium extinctorium var. B. L. sp. pl. 1581. majus *auctorum.*

Leersia ciliata Brid. l. c. p. 53.

Iisdem locis, ac praecedens, sed minus frequens.

Bryum subulatum.

B. antheris erectis subulatis, surculis acaulibus. L. sp. 1581. Oed. dan. t. 1000. f. 2.

Tortula subulata Brid. l. c. p. 184.

In muris, ac pascuis macilentis.

Bryum rurale.

B. antheris erectiusculis, foliis piliferis recurvis. L. sp. 1581. Dill. Musc. t. 45. f. 12.

Barbula ruralis Brid. l. c. p. 195.

In tectis, muris, ac saxis.

Bryum murale.

B. antheris erectis, foliis piliferis rectiusculis, surculis simplicibus cespitosis. L. sp. 1581. Dill. Musc. t. 45. f. 14.

Tortula muralis Brid. l. c. p. 186.

In muris, parietibus, ad saxa vulgatissimum.

Bryum scoparium.

B. antheris erectiusculis, pedunculis aggregatis, foliis secundis recurvatis, caule declinato. L. sp. 1582. Fl. dan. 824. f. 1.

Dicranum scoparium Brid. l. c. p. 155.

Locis apricis umbrosis collium, ac ad arborum radices terramque habitat in sylvis *della Mandria.*

BRYUM undulatum.

B. antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, fol. lanceolatis carinatis undulatis patentibus serratis. L. sp. 1582. Fl. dan. t. 477.

Polytrichum undulatum Brid. l. c. p. 92.

In sylvis, locis udis, umbrosisque.

BRYUM glaucum.

B. antheris erectiusculis: operculo arcuato, foliis erectis imbricatis, surculis ramosis. L. sp. 1582. Oed. dan. 824. f. 2.

Dicranum glaucum Brid. l. c. p. 165.

In sylvis uliginosis prope *Superga*, ac *della Mandria*.

BRYUM pellucidum.

B. antheris erectiusculis, foliis recurvis acutis, caule hirsuto. L. sp. 1583. Dill. Musc. t. 46. f. 23.

Dicranum virens Brid. l. c. p. 178. *ipso teste* juxta cl. *DECANDOLLE*. Fl. Franc. 2. p. 475.

In pascuis humidis umbrosis ad sylvarum margines in collibus.

BRYUM viridulum.

B. antheris erectis ovatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato-patulis. L. sp. 1584. Curt. Fl. Lond. t. 132. a.

Weissia viridula Brid. l. c. p. 75.

Ad margines semitarum locis umbrosis.

BRYUM hypnoides.

B. antheris erectis, caule erectiusculo, ramis lateralibus brevibus sessilibus. L. sp. 1584. Oed. dan. 476.

Trichostomum lanuginosum Brid. l. c. p. 129.

Secus Sturam locis arenosis siccis; ac in collibus quoque reperitur.

BRYUM argenteum.

B. antheris pendulis, surculis cylindricis imbricatis laevibus. L. Syst. 12. p. 702. Oed. dan. t. 880. f. 2. Brid. Musc. t. 2. p. 3. pag. 26.

In tectis, muris, pascuis, locis arenosis, macilentis.

BRYUM pulvinatum.

B. antheris subrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. L. Syst. 12. p. 702. Dill. Musc. t. 50. f. 65.

Fissidens pulvinatus Brid. t. 2. p. 1. pag. 149.

Supra saxa vetusta, muros, lapides, parietes vulgatissimum.

HYPNUM. *Hypne.*

Anthera pedunculo laterali e perichaetio.

HYPNUM taxifolium.

H. fronde simplicissima pinnata, lanceolata basi pedunculifera. L. sp. 1587. Fl. dan. 473. f. 1.

Fissidens taxifolius Brid. l. c. p. 142.

Locis umbrosis, udisque in summis collibus.

HYPNUM denticulatum.

H. fronde pinnata simplici: pinnis duplicatis basi pedunculifera. L. sp. 1588. Dill. Musc. t. 34. f. 5. Brid. l. c. t. 2. p. 2. pag. 52.

Ad radices arborum locis umbrosis collium.

HYPNUM undulatum.

H. surculis ramosis; frondibus subbipinnatis; foliolis undulatis complicatis. L. sp. 1589. Dill. t. 36. f. 11. Brid. l. c. pag. 125.

Locis umbrosis collium inter *Superga*, et *S. Mauro*.

HYPNUM filicinum.

H. surculis pennatis: ramulis distantibus, foliis imbricatis incurvis acutis secundis. L. Syst. 12. p. 703. Dill. Musc. t. 36. f. 19. Brid. l. c. p. 55.

Ad sylvarum oras in collibus.

HYPNUM proliferum.

H. surculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. L. sp. 1590. Dill. Musc. t. 35. f. 14. Brid. l. c. p. 68.

In sylvis, et pascuis.

HYPNUM praelongum.

H. surculis subbipinnatis, decumbentibus ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis. L. sp. 1591. Dill. Musc. t. 35. f. 15. Brid. l. c. p. 82.

Ad arborum truncos in sylvis collium Taurin.

HYPNUM Crista castrensis.

H. surculis pinnatis, ramulis approximatis, apicibus recurvis. L. sp. 1591. Dill. Musc. t. 36. f. 20. Brid. l. c. p. 61.

In sylvis editiorum collium.

HYPNUM viticulosum.

H. surculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. L. sp. 1592. Dill. Musc. t. 39. f. 43.

Neckera viticulosa Brid. l. c. p. 13.

Ad caudices arborum ubique.

HYPNUM dendroides.

H. surculo erecto, ramis fasciculatis, terminalibus, simpliciusculis, antheris erectis. L. sp. 1593. Fl. dan. 823. f. 3.

Neckera dendroides Brid. l. c. p. 14.

In collibus *MOLINERI*; in sylvis *della Mandria* D. *MICHEL.*

HYPNUM sericeum.

H. surculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis, antheris erectis. L. sp. 1595. Dill. Musc. t. 42. f. 59.

Leskia sericea Brid. l. c. p. 40.

Ubique vulgatissimum.

HYPNUM velutinum.

H. surculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis, antheris subnutantibus. L. sp. 1595. Oed. dan. 475. Brid. l. c. p. 105.

In sylvis ad arborum truncos, in pratis, supra terram ubique frequens.

# ALGÆ.

## Jungermannia. *Jongermanne.*

Flores calyce simplici, 4. valvi.

Jungermannia complanata.

J. surculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis aequalibus. L. Syst. 12. p. 706. Dill. Musc. t. 72. f. 26.

Ad arborum radices locis umbrosis.

Jungermannia dilatata.

J. surculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. L. sp. 1600. Dill. Musc. t. 72. f. 27.

Jungermannia tamarisci.

J. foliis imbricatis serie duplici, superioribus subrotundis convexis obtusis quadruplo majoribus. L. sp. 1600. Dill. Musc. t. 72. f. 31.

Ad arborum truncos, ac ad saxa omnium frequentissima, ut praecedens.

*Color fusco-purpureus, aspectu lucens.*

Jungermannia platyphylla.

J. surculis procumbentibus subtus imbricatis, fol. cordatis acutis. L. Syst. 12. p. 706. Dill. Musc. t. 72. f. 32.

In sylvis umbrosis subhumidis ad arborum radices crescit.

Jungermannia epiphylla.

J. acaulis, foliolo frondi innato. L. sp. 1602. Fl. dan. 359.

Locis humidis, ad rivulorum margines. Copiose vidi *alla Molinetta.*

## Targionia. *Targionie.*

Fl. calyce bivalvi.

Targionia Sphaerocarpos Dicks.

T. fructificationibus aggregatis, calycibus apice perforatis,

Crypt. p. 8. Mich. gen. t. 3. f. 2. Dill. Musc. t. 78. f. 17.

In arvis inter *l'Ergastolo*, et *la Molinetta* versus finem martii anni 1802. copiose observavi.

MARCHANTIA. *Marchantie.*

Fl. calyce communi peltato, subtus florido.

* MARCHANTIA polymorpha.

M. calyce communi decemfido. L. sp. 1603. Dill. Musc. t. 76. f. 6.

Locis umbrosis, humidisque admodum frequens.

MARCHANTIA hemisphoerica.

M. calyce communi hemisphoerico, perichaetio nullo. L. sp. 1604. Dill. Musc. t. 75. f. 2.

Locis umbrosis humidis secus Duriam, ac in collibus occurrit.

MARCHANTIA quadrata Balb.

M. pileo hemisphoerico quadricostato, quadriloculari, capsulis subtus hiantibus. Mém. de l'Acad. de Tur. vol. 1. p. 75. t. 1. f. 2.

Locis humidis, sabulosis, umbrosisque secus Duriam, prope *la Ficca della Dora*, atque in collibus inter *Revigliasco* et *l'Eremo* in udis legi abunde.

MARCHANTIA triandra Scop.

M. pileo hemisphoerico integro, triloculari. Fl. carn. 2. p. 354. t. 63. Balb. l. c. p. 74. t. 1. f. 1.

Secus Padum in horto magno Valentini, et *alla Molinetta* reperi.

MARCHANTIA fragrans Balb.

M. pileo hemisphoerico triloculari, subtus, perichaetioque fimbriatis. l. c. p. 76. t. 2.

In horto magno Valentini in lapidum congerie.

*Odor fragorum suavissimus; post pluvias mense aprili luxuriat, virensque se sistit, nec singulis annis fructificationem edit, nisi hyems, ac ver fuerint humidissima.*

MARCHANTIA conica.

M. calyce communi quinqueloculari subovato. L. sp. 1604. Dill. Musc. t. 75. f. 1.

Ad fontes.

MARCHANTIA androgyna.

M. calyce communi integro haemispherico. L. sp. 1605. Dill. Musc. t. 75. f. 3.

In pascuis declivibus *della Molinetta*, ac secus *Duriam* obviam venit.

RICCIA *Riccie.*

Fr. granulis frondi innatis.

RICCIA glauca.

R. frondibus glabris canaliculatis bilobis obtusis. L. sp. 1605. Fl. dan. 898. f. 1.

In pascuis *della Molinetta.*

RICCIA fluitans.

R. frondibus dichotomis lineari-filiformibus. L. Syst. 12. p. 708. Dill. Musc. t. 74. f. 47.

Locis aquosis *della Molinetta.*

ANTHOCEROS. *Anthocère.*

Fl. calyce tubuloso. Anthera subulata, 2. valvis.

ANTHOCEROS laevis.

A. frondibus indivisis sinuatis laevibus. L. Syst. 12. p 708. Dill. Musc. t. 68. f. 2.

In nemore vineae *Morozzo*, ac ad margines viae umbrosae, prope ipsam sitae.

LICHEN.

Fr. receptaculo laevi nitido.

a. *Leprosi tuberculati.*

LICHEN scriptus.

L. leprosus albicans, lineolis nigris ramosis characteriformibus. L. sp. 1606. Dill. Musc. t. 18. f. 1.

Opegrapha scripta Ach. meth. p. 30.

In arborum corticibus tenuioribus, Avellanis, Cerasis, similibusque.

LICHEN geographicus.

L. leprosus flavescens, lineolis nigris mappam referens. L. sp. 1607. Dill. Musc. t. 18 f. 5.

Lecidea geographica Ach. l. c. p. 46.

Frequens in saxis collium.

LICHEN Hageni Ach.

L. crustaceus tenuis cinerascens; scutellis minutis pruinosis nigro-caesiis, margine albo. Prodr. p. 57.

Parmelia Hageni ejusd. l c. p. 162.

In tenero cortice arborum.

LICHEN fusco-ater.

L. leprosus fuscus, tuberculis atris. L. Syst.Veg. Murr. p. 957.

Lecidea fusco-atra. Ach. l. c. p. 44.

In arborum cortice, et saxis.

LICHEN calcarius.

L. leprosus candidus, tuberculis atris. L. sp. 1607.

Urceolaria calcaria Ach. l. c. p. 142. t. 4. f. 1.

Ad saxa.

LICHEN ericetorum.

L. leprosus candidus, tuberculis incarnatis. L. sp. 1608. Dill. t. 14. f. 1.

Baeomyces roseus Ach. l. c. p. 321.

Locis apricis collium, ac in sterilibus prope *la Mandria*.

b. *Leprosi scutellati.*

LICHEN candelarius.

L. crustaceus flavus, scutellis luteis. L. sp. 1607. Dill. Musc. t. 18. f. 18.

Parmelia candelaria Ach. l. c. p. 187.

Ad arborum truncos.

LICHEN impressus Ach.

L. crustaceus suborbicularis, verrucosus, albido-cinerascens ambitu foliaceo-lobato; scutellis concavis immersis glauco-caesiis. Prodr. p. 104. Hoffm. pl. lich. t. 21. f. 1.

Urceolaria scruposa Var. e. Ach. Meth. p. 148.

In collibus Taurinensibus reperit D. Sacerdos *MICHEL*.

LICHEN subfuscus.

L. crustaceus albicans, scutellis nigris, junioribus urceolatis flavis. L. Syst. 12. p. 710. Dill. Musc. t. 18. f. 16.

Parmelia subfusca Ach. l. c. p. 167.

In corticibus arborum.

c. *Imbricati.*

LICHEN olivaceus.

L. imbricatus, foliolis lobatis nitidis lividis. L. sp. 1610. Dill. t. 24. f. 77. et 78.

Parmelia olivacea Ach. l. c. p. 213.

Ad saxa, arborumque cortices.

LICHEN parietinus.

L. imbricatus foliolis crispis, fulvis, peltis concoloribus fulvis. L. sp. 1610. Dill. Musc. t. 24. f. 76.

Parmelia parietina Ach. l. c. p. 213.

In tectis, et muris.

LICHEN stellaris.

L. imbricatus, foliolis oblongis laciniatis angustis cinereis, scutellis pullis. L sp. 1611. Dill. Musc. t. 24. f. 70.

Parmelia stellaris Ach. l. c. p. 209.

In arborum cortice.

LICHEN aipolius Ach.

L. membranaceus imbricatus cinereo caesius, subtus nigro-fibrillosus, foliolis planiusculis inciso-lobatis, lobulis lateralibus incumbentibus apice rotundatis; scutellis caesiis. Prodr. p. 112.

Parmelia aipolia ejusd. l. c. p. 209.

In arborum corticibus vulgatissimus.

*Differt a praecedenti fronde majori, laciniis versus ambitum latioribus, planioribus, ac subtus nigro-fibrillosis.*

LICHEN tenellus Ach.

L. membranaceus cinerascens decumbens, foliorum laciniis apice ciliatis adscendentibus tubuloso-fornicatis obtusis; scutellis sessilibus lateralibus nigro-caesiis. Prodr. p. 172. Vaill. Paris. t. 20. f. 5.

Super ramos *Pruni spinosae*, aliorumque fruticum.

d. *Foliacei.*

* LICHEN pulmonarius.

L. foliaceus laciniatus obtusus glaber supra lacunosus, subtus tomentosus. L. sp. 1612. Dill. t. 29. f. 113.

Parmelia pulmonacea Ach. l. c. p. 220.

In sylvis umbrosis arboribus innascitur.

LICHEN caperatus.

L. pallide viridis rugosus, margine undulatus. L. sp. 1614. Dill. t. 25. f 97.

Parmelia caperata Ach. l. c. p. 216.

Ad saxa, et arbores.

LICHEN glaucus.

L. foliaceus depressus lobatus glaber, margine crispo farinaceo. L. sp. 1615. Dill. Musc. t. 25. f. 96.

Cetraria glauca Ach. l. c. p. 296.

In saxis, locis editioribus umbrosisque habitat.

LICHEN lacerus Ach.

L. gelatinosus membranaceus glaucescens, foliolis confertis oblongis laciniatis margine laceris denticulato crispis, scutellis minutis rubris. Prodr. 133. Dill. Musc. t. 19. f. 31.

Parmelia lacera ejusd. l. c. p. 225.

Inter muros in collibus Taurinensibus.

LICHEN pinastri Ach.

L. membranaceus sulphureus subtus flavus utrinque laevis,

foliis depressis complicatis inaequaliter laciniatis margine adscendentibus pulverulentis flavissimis. Lichen. prodr. p. 168. Hoffm. enum. lich. t. 22. f. 2.

Cetraria juniperina Var. B. Ach. meth. p. 298.

Super Prunum spinosam in collibus Taurinensibus.

e. *Coriacei.*

LICHEN resupinatus.

L. coriaceus repens lobatus obtusus peltis marginalibus posticis. L. Syst. Veg. Murr. p. 961. Fl. dan. 762.

Peltidea resupinata Ach. l. c. p. 289.

In summa valle *Patonera* collium Taurinensium.

LICHEN venosus.

L. coriaceus repens ovatus planus subtus venosus villosus, peltis marginalibus horizontalibus. L. Syst. 12. p. 711. Fl. dan. 1125.

Peltidea venosa Ach. 282. l. c.

In sylvis collium supra *la Maddalena* ad arborum radices.

LICHEN aphtosus.

L. coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali adscendente. L. Syst. 12. p. 711. Fl. dan. 767. f. 1.

Peltidea aphtosa Ach. l. c. p. 287.

Frequens in sylvis editioribus collium, iisque *della Mandria.*

*Folia siccata sunt glauca, virentia vero saturate viridia. Murr.*

LICHEN caninus.

L. coriaceus repens lobatus obtusus planus; subtus venoso-villosus, pelta marginali adscendente. L. Syst. 12. p. 712. Fl. dan. 767. f. 2.

Peltidea canina Ach. l. c. p. 283.

In sylvis ubique.

*Folia quasi farina cinerea sunt tecta Murr.*

LICHEN horizontalis.

L. coriaceus repens planus subtus avenius peltis marginalibus horizontalibus. L. mant. 132. Dill. Musc. t. 28. f. 104.
Peltidea horizontalis Ach. l c. p. 288.
In valle *Patonera* collium.

f. *Umbilicati, squalentes quasi fuligine.*

LICHEN pustulatus.

L. foliaceus umbilicatus, subtus lacunosus. L. sp. 1617. Dill. t. 30. f. 131.
Ex valle *Patonera* attulit meritissimus noster *MOLINERI*.

g. *Scyphiferi.*

LICHEN cocciferus.

L. scyphifer simplex integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis. L. sp. 1618. Dill. Musc. t. 14. f. 7.
Baeomyces cocciferus Ach. l. c. p. 331.
In sylvis collium Taurinensium.

* LICHEN pyxidatus.

L. scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis. L. sp. 1619. Dill. Musc. t. 14. f. 6.
Baeomyces pyxidatus Ach l. c. p. 337.
Nihil frequentius in sylvis collinis.

LICHEN delicatus Ach.

L. cartilagineus foliis minutissimis subimbricatis, laciniato-crenatis, bacillis compressiusculis superne subdivisis; tuberculis globosis demum nigris. Prodr. p. 199. Hoffm. en. lich. t. 8. f. 5.
Baeomyces delicatus Ach. Meth. p. 327.
Super arborum cortices in sylvis collium Taurinensium, locis muscosis.

LICHEN gracilis

L. scyphifer ramosus denticulatus filiformis. L. sp. 1619. Dill. Musc. t. 14. f. 13.

Baeomyces gracilis Ach. 344. l. c.
In sylvis collium.

h. *Fruticulosi.*

LICHEN rangiferinus.

L. fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus. L. sp. 1620. Dill. t. 16. f. 29.
Baeomyces rangiferinus. Ach. l. c. p. 356.
In pascuis sterilibus ubique.

CONFERVA *Conferve.*

A. capillaris.

CONFERVA bullosa.

C. filamentis aequalibus ramosis, bullas aëreas includentibus. L. Syst. 12. p. 720. Dill. musc. t. 2. f. 3.
In aquis stagnantibus, aut lente fluentibus.

CONFERVA amphibia.

C. filamentis aequalibus ramosis, exsiccatione coëuntibus in aculeos. L. Syst. 12. p. 720. Dill. Musc. t. 4. f. 17.
In fossis, ac locis inundatis.

CONFERVA reticulata.

C. filamentis reticulato-coadunatis. L. Syst. 12. p. 720. Dill. Musc. t. 4. f. 14
In aquis puris lente fluentibus, secus Padum.

CONFERVA gelatinosa.

C. filis ramosis moniliformibus: articulis globosis gelatinosis. L. Syst. 12. p. 720. Dill. Musc. t. 7. f. 43.
In rivulis fontium, praesertim *alla Molinetta*, ad saxa excurrente aqua madida copiose inveni martio mense.

BYSSUS. *Bisse.*

Substantia lanuginosa, vel pulverulenta.

BYSSUS Flos aquae.

B. filamentis plumosis natantibus. L. sp. 1637.

Super aquas in fossis verno tempore stagnantes habitat.

Byssus phosphorea.

B. lanuginosa violacea lignis adnascens. L. Syst. veg. Murr. p. 974. Dill. Musc. t. 1. f. 6.

In corticibus lignorum putrescentium locis umbrosis.

Byssus aurea.

B. capillacea pulverulenta, fructificationibus sparsis, filamentis simplicibus ramosisque. L. sp. 1638. Fl. dan. t. 718. f. 1.

Locis humidis supra trabes *al Valentino.*

Byssus antiquitatis.

B. pulverulenta atra. L. sp. 1638. Dill. Musc. t. 1. f. 18.

Muris et saxis septentrioni expositis frequens innascitur.

Byssus candida Huds.

B. filamentis ramosissimis, ramis fasciculatis albidis. p. 48. n. 8. Dill. Musc. t. 1. f. 15.

Locis haud aëre ventillatis, et supra arborum folia locis umbrosis nemorum.

## F U N G I.

Tuber. *Truffe.*

Fungus subglobosus carnosus, carne intus venis distincta. Gmel. Syst. veg. 1481.

* * Tuber cibarium Bull.

T. arhison, subrotundum firmum, superficie ectype caelata. Herb. Franc. p. 74. t. 356. Vern. *Triffole neire.*

In collibus Taurinensibus, sed rarum.

* * Tuber album. Bull.

T. albo-subrufescens; radice destitutum, sed basi radicali instructum. Herb. Franc. p. 80. t. 404. Vern. *Triffole.*

In editioribus collibus Taurin. etiam circa Cherium, sed rarius.

Reticularia. *Réticulaire.*

Fungus subrotundus, theca rigida seminibus inter fila reticulata dispersis repleta. Gmel. l. c. p. 1471.

Reticularia nigra Bull.

R. papulaeformis biennis; prima aetate gummea, dein filamentosa, intra lignum et corticem crescens. Herb. Fr. p. 88. t. 380. f. 2.

In emarcidis truncis ex collibus Taurinensibus.

Reticularia segetum Bull.

R. fusco-nigricans, graminum parasitica, intus filamentosa. Herb. Fr. 1. p. 90. t. 472. f. 2. Vern. *gran moro*, *gran neir.*

In graminum spiculis heu nimium frequens!

Reticularia sphoeroidalis Bull.

R. minima sessilis, suborbicularis, intus loculosa. Herb Fr. p. 94. t. 466. f. 3.

Super emortua folia.

Mucor.

Fungus fugax, capitula rorida, primo diaphana, demum opaca stipitibus simplicibus, ramosisve affixa. Gmel. l. c. p. 1485.

Mucor chrysospermus Bull.

M. caespitosus; stipitibus erectis, seminibus numerosissimis subrotundis ex albo-aureis. Herb. Fr. 1. p. 99. tab. 504. f. 1.

Super fungos innascitur in collibus Taurinensibus.

Mucor glomerulosus Bull.

M. sparsus stipitibus simplicibus, seminibus subrotundo-ovatis, numerosis cinereo rufescentibus, glomeratim confertis. l. c. p. 101. t. 504. f. 3.

In emporetica charta humido loco relicta copiosissimus.

Mucor penicillatus Bull.

M. caespitosus; stipitibus simplicibus, aut ramosis, semi-

nibus nudis concatenatis, penicillatim confertis. l. c. p. 107. t. 504. f. 11.

MUCOR floculentus Balb.

M. stipitibus basi dilatatis, sensim gracilescentibus, pericarpiis cinereis floccosis. Mém. de l'Acad. I. de Turin 2. p. 74. t. 2.

Super *Pezizam Auriculam* in collibus Taurin. etiam repertus.

MUCOR villosus Bull.

M. sparsus villoso-pubescens: stipitibus crassis, simplicibus, brevissimis; pericarpiis vesiculosis, ex subrotundo-ovatis. l. c. p. 110. t. 504. f. 15.

Ad semitas in sylvis collium Taurinensium super stercus caprinum invenit laudatus *PIOTTA*.

MUCOR Mucedo.

M. stipitatus, capsula globosa. L. sp. 1655. Bull. l. c. t. 480. f. 2.

In omnibus substantiis putrescentibus.

MUCOR virens Gmel.

M. thalassinus, capitulo globoso Syst. veg. 2. p. 1486.

In semiputrido ligno reperit D. *MICHEL*.

TRICHIA. *Trichie*.

Fungillus stipitatus, in basi membranacea pluribus communi plerumque sedens. Pericarpio prima aetate turbinato oblongo vel subcylindraceo, translucente, spumam lacteam mollitie et albedine referente; dein opaco, columnari, intus reticulatim filamentoso, extus capillis intricatis primo in membranam contractis, dein laxis, ac veluti cancellatis composito; tum semina emittente per aperturas, quibus tota superficies dehiscit. Bull. Herb. Fr. vol. 1. p. 117.

TRICHIA axifera Bull.

T. ferruginea; stipitibus criniformibus; pericarpiis axi longitudinali adnatis, primum subovoideis, demum cylindraceis. l. c. p. 118. t. 477. f. 1.

In muscis parasitat, et allata est ex valle *Patonera* collium ab oculatissimo nostro *Ignatio MOLINERI*.

TRICHIA typhoides Bull.

T. ferrugineo-subfusca ; stipitibus basi dilatatis, pericarpiis axi longitudinali aduatis, primum cylindraceis. l. c. p. 119. t. 477. f. 2.

Post pluvias occurrit ad palos retro hortum Botanicum Taurin. mense octobris.

TRICHIA Cinnabaris Bull.

T. stipitibus brevissimis, pericarpiis sub cylindraceo ovatis, caliculatis, axi destitutis : seminibus subminiaceis. l. c. p. 121. t. 502. f. 1.

Legi in corticibus emarcidarum arborum locis umbrosis collium Taurinensium.

TRICHIA nutans Bull.

T. flavicans, pericarpiis elongatissimis, decumbentibus, calyculatis, vix stipitatis : capitulo laxo. l. c. p. 122. t. 502. f. 3.

Ad emarcidos truncos in collibus.

ÆCIDIUM.

Fungus theca (membranacea) utrinque glabra, seminibus nudis, non cohaerentibus plena. Gmel. Syst. veg. 1472.

ÆCIDIUM Euphorbiae Gmel.

Æ. confertum cylindricum, ore reflexo, seminibus aurantiis. Syst. veg. p. 1473.

In foliis et caule *Euphorbiae Cyparyssias*.

SPHŒRIA. *Sphérie*.

Fungus gemmis ecaudatis farctus, per poros in superficie sparsos emittens. Gmel. Syst. veg. p. 1286.

SPHŒRIA bullata Gmel.

S. convexa nigra, intus alba. l. c. p. 1476. Hoffm. veg. Crypt. t. 2. f. 1.

Super arborum cortices in horto magno Valentini.

RHIZOMORPHA. *Rhizomorphe.*

Fungus ramosissimus, repens, corneus, seminibus latentibus. Gmel. l. c. p. 1483.

RHIZOMORPHA fragilis Gmel.

R. nigra glabra compressa reticulata intus solida alba. l. c. p. 1483. Fl. dan. 713.

Ex collibus attulit *MOLINERI.*

SPHŒROCARPUS. *Sphœrocarpe.*

Fungillus carnosus aut subcoriaceus, in basi membranacea pluribus confertis communis plerumque sedens; stipitatus, quandoque sessilis. Pericarpio globoso turbinato aut subcylindraceo, prima aetate pleno, firmo, et opaco, dein irregulariter et saepius, ex omni parte dilacerato, semina e reticulo capillaceo emittente. Bull. Herb. Fr. 1. p. 123.

SPHŒROCARPUS chrysospermus Bull.

S. sessilis, aut vix stipitatus, pericarpiis subglobosis extus subverrucosis, seminibus luteis. l. c. p. 131. t. 417. f. 4.

In emarcidis lignis reperitur.

SHPŒROCARPUS albus Bull.

S. stipitibus cylindraceis simplicibus, pericarpiis globosis umbilicatis granulosis, albo-subcinerascentibus, seminibus rotundo-fusco-nigricantibus. l. c. 137. t. 407. f. 3. et tab. 470. f. 1.

In *Ulmorum* cortice post autumnales pluvias. Mire variat.

SPHŒROCARPUS capsulifer Bull.

S. pericarpiis latis, globoso subovoideis, primum nigrocaesiis, dein subalbescentibus, plerumque sessilibus, intus vix reticulatis. l. c. p. 139. t. 470. f. 2.

Super emortua folia *Carpini Betuli*; ae super *Sedum sexangulare* vivens, allatus est ab eximio nostro *MOLINERI.*

SPHŒROCARPUS cinnabarinus N.

Stemonitis ( botrytis ) fasciculata , capitulo pyriformi purpureo. Gmel. Syst. Veg. p. 1468. Hoffm. Veg. Crypt. 2. t. 1. f. 1. *optima.*

Inter rimas emarcidi corticis *Pyri* communis repertus est ab *IGNATIO MOLINERI* in horto magno Valentini.

SPHÆROBOLUS.

Fungus capsulam globosam ejaculans, sessilis vertice radiatim dehiscente. Gmel. Syst. Veg. p. 1462.

SPHÆROBOLUS stellatus Gmel.

S. globosus volvatus liber. l. c. Fl. dan. 895.

In horto magno Valentini, copiose ad truncos putridos telluri substratos, et in collibus Taurin. occurrit.

LYCOPERDON. *Vesse-loup.*

Fungus gemmas filo instructas continens. Gmel. Syst. Veg. 1286.

LYCOPERDON epidendron Bull.

L. exiguum subglobosum; carne sanguinea, seminibus cinereo-rufidis; pericarpio friabili. l. c. p. 145. t. 503.

In collibus Taurinensibus, ac in nemoribus *della Mandria* putridis lignis adhaerens repertum est ab *IGNATIO MOLINERI*, semperque *fuligineum*, superficie granulosa, quale exhibet fig. 4. tab. cit. Bull.

LYCOPERDON Proteus Bull.

L. subrotundum, turbinatum, aut substipitatum; carne alba; seminibus subfuligineis; pericarpio tenui flaccido. l. c. p. 148. t. 435. f. 3. et 475. fig. b. c. d. m. n.

In pascuis, locis macilentis, ac in collibus Taurin. frequens. *Variat admodum.*

LYCOPERDON Bovista.

L. subrotundum: lacerato dehiscens. L. sp. 1653. Bull. t. 447. l. c. Vern. *Vessa d' luv.*

In pascuis, pratis, et arvis.

LYCOPERDON verrucosum Bull.

L. subglobosum; rufo-fucescens: carne caesio rubescente; seminibus fuscis; collo radicis latissimae plicato. Herb. Fr. p. 157. t. 24.

Locis umbrosis collium Taurinensium post pluvias occurrit, mense augusti.

LYCOPERDON stellatum.

L. volva multifida patente, capitulo glabro: ore acuminato plicato. L. Syst. 12. p. 726. Bull. l. c. t. 238. et 471. f. 1.

In pascuis.

LYCOPERDON pedunculatum.

L. stipite longo, capitulo globoso glabro; ore cylindrico integerrimo. L. Syst. 12. p. 726. Bull. l. c. t. 161.

In pascuis muscosis collium.

NIDULARIA. *Nidulaire.*

Fungillus coriaceo-membranaceus, sessilis, cyathiformis, seu inverse campanulatus, in fundo semina lentiformia latissima, et stipitata fovens. Bull. gen. VII. p. 163.

NIDULARIA vernicosa Bull.

N. extus veluti recutita, subfuliginea, intus laevis nitida livido-plumbea; marginibus reflexis: seminibus glabris. Herb. fr. 1. p. 164. t. 488. f. 1.

Terrestris. Abunde provenit in horto magno Valentini.

NIDULARIA laevis Bull.

N. sordide lutea, intus laevis, nec lucida, marginibus erectis, seminibus glabris. l. c. p. 165. t. 488. f. 2. et 40. f. B. C. c.

Super emortua ligna in collibus Taurin.

NIDULARIA striata Bull.

N. fuligineo-fucescens, extus lanuginea, intus striata, marginibus erectis, seminibus subtus tomentosis. l. c. p. 166. t. 40. f. 2.

Iisdem locis cum praecedenti occurrit, *facile ob evidentes strias intus, externamque lanuginem dignoscenda.*

HYPOXYLON.

Fungillus coriaceus, plerumque coriaceo-ligneus, prima aetate pulvere masculo, ut plurimum, sat perspicuo conspersus: semina numerosissima, succo glutinoso mixta in locellis fovens: ideoque monoicus. Bull. gen. VIII. l. c. p. 167.

HYPOXYLON globulare Bull.

H. uniloculare sparsum sphaericeum ex albo-nigricans glabrum laeve; apice mammoso. l. c. p. 169. t. 444. f 2.

Secus rivulum excurrentem prope vineam *Roccabigliera* reperit diligentissimus Sacerdos *MICHEL.*

HYPOXYLON ustulatum Bull.

H. ex cinereo-nigricans, inflatum, friabile, superficie sinuosa; locellis segregatis. l. c. p. 176. t. 487 f. 1.

In vetustis arborum truncis reperitur.

VARIOLARIA. *Variolaire.*

Fungillus coriaceo-ligneus, nunc pluribus locellis in bullam exiguam aggregatis compositus, nunc uniloculari: super arborum emortuarum aut languentium cortices nascens; inter eorum strata plus minus profunde infixus et cinctus epidermide persistens: in locellis semina succo glutinoso mixta fovens. Bull. gen. IX. p. 181.

VARIOLARIA Melogramma Bull.

V. multilocularis fuligineo-nigricans irregulariter bullata, locellis hiantibus. l c. p. 182. t. 492. f. 1.

In cortice *Carpini Betuli* hieme.

VARIOLARIA ceratosperma Bull.

V. multilocularis fusco-nigricans, bullato-acuminata: seminibus ellipticis: superficie mammosa l. c. p. 184. t. 432. f. 1.

In lignorum putridorum cortice.

CLATHRUS. *Clathre.*

Fungus cancellatus.

CLATHRUS cancellatus.

·C. acaulis subrotundus. L. sp. 1648. Bull. l. c. p. 190. t. 441. In collium pascuis quandoque occurrit. Secus *il Rio di Sassi* saepe observavi.

CLAVARIA. *Clavaire.*

Fungus glaber clavatus, aut ramosus.

CLAVARIA digitata Bull.

C. monoica, coriaceo-suberosa, fusco-nigricans, glabra, subcylindracea, carne alba: apice simplici subacuminato. l. c. p. 192. t. 220.

Lignis semiputridis innascitur, ac praesertim in collibus reperitur.

CLAVARIA cornuta Bull.

C. monoica, coriaceo-suberosa, nigra, ciliata; apicibus complanatis, cornua Dorcadis imitantibus. l. c. p. 193. t. 180.

Super emortuas arbores in collibus, sed rarior.

*Apices in his elongati, filiformes, quandoque minutissime dissecti.*

CLAVARIA ophiaglossoides Bull.

C. simplex coriaceo-molliuscula, nigra, glabra; apice spatulaceo. l. c. p. 196. t. 372.

In pascuis muscosis. *Terrestris, et rara.*

CLAVARIA antocephala Bull.

C. coriaceo-molliuscula, ferruginea, basi sublanata; apicibus albidis, flabelliformibus, umbellatis l. c. p. 197. t. 452. f. 1.

In collibus Taurinensibus legit *MOLINERI* locis umbrosis, ac in sylvis potissimum vineae *de Bianzé* dictae.

CLAVARIA granulosa Balb.

C. simplex glabra tereti elongata, aurantio-coccinea; capitulo longissimo granuloso. Misc. Bot. p. 55. t. 11. f. 1.

In collibus Taurinensibus. Terrestris.

** CLAVARIA Coralloides Bull.

C. simplex, aut corralloideo-dissecta, fragillima glabra; ramis sub-cylindraceis, nec fistulosis: superficie undulata. Herb. Fr. p. 201. t. 496. f. 3. 222., et 358. F. B. C. D. E.

Eadem cinerea. Bull. t. 354.

Utraeque in collibus Taurinensibus proveniunt. Var. *cinerea* rarior. Vern. *Manine.*

CLAVARIA muscoides Bull.

C. exigua, fragilis, glabra, coralloideo-dissecta, veluti arborea; ramis gracillimis subcylindricis l. c. p. 203. t. 358. f. A.

Super ligna semiputrida nascitur.

CLAVARIA cinerea Vill.

C. terrestris, ramis rimosis, apice multifidis. Delph. 3. p. 1050.

Ex collibus abunde allata ab *Ignatio MOLINERI.*

*Rimae per stipitem sparsae, color constanter cinereus, ac a basi ad apicem tota ramosa.*

CLAVARIA candidissima Vill.

C. subramosa, erecta, ramis simplicibus acutis, obtusis et bifurcatis. Delph. 3. p. 1050.

Pariter ex collibus reportavit laudatus *MOLINERI.*

*Alba, vix ramosa, apicibus saepe leviter bifurcatis.*

CLAVARIA grossa. Pers.

In collibus Taurinensibus, tum etiam in sylvis *della Mandria.*

CLAVARIA penicillata Bull.

C. exigua, elongata, gracilis, lutea, glabra, apice penicillatim dissecto. l. c. p. 207. t. 448. f. 3.

Semiputrido ligno adhaerentem reperit D. *MICHEL* in collibus Taurinensibus ad semitas a *Caburetto* eundo ad sacellum *Divae Magdalenae*.

CLAVARIA byssoides Bull

C. minima, ramulis primum niveis glabris clavatis, demum cinereis depressis, coralloidibus pilosis. l. c. p. 209. t. 415. f. 2.

Super ligna semiputrida, ac in emortuis foliis legit *PIOTTA*.

CLAVARIA pistillaris Bull.

C. maxima, firma, simplex, clavaeformis, glabra, nec fistulosa, apice subrotundo. l. c. p. 211. t. 244.

Terrestris. In nemoribus collium autumno.

CLAVARIA fistulosa Bull.

C. subfuliginea, fragilima, simplex, teres, gracilis, tubulosa, pilis deciduis operta; apice subrotundo. l. c. p. 213. t. 463. f. 2.

Super folia putrescentia secus *il rio di Sassi*, post pluvias reperit *MOLINERI*.

TREMELLA. *Tremella*.

Fungus gelatinosus, gemmis latitantibus. Gmel. Syst. Veg. 1286.

TREMELLA purpurea Bull.

T. exigua, carnosa, firma, crassiuscula, bullato-globosa, coccinea. l. c. p. 216. t. 284.

Super emortuos arborum truncos haud rara autumno, et hieme.

TREMELLA nigricans Bull.

T. comosa, crassiuscula, irregulariter bullato-complanata, primum coccinea, dein nigra. l. c. p. 217. t. 455. f. 1.

In corticibus ramorum emortuarum arborum.

TREMELLA cinnabarina Bull.

T. minima, subgelatinoso-carnosa, bullata, miniacea

subpurpurea, superficie granulosa. l. c. p. 218. t. 455. f. 2.
Super *Lichenes* arborum corticibus innascentes.

TREMELLA deliquescens Bull.

T. exigua, gelatinosa, bullato-turbinata, glabra, lutea integra. l. c. p. 219. t. 455 f. 3.
Putrido ligno innascitur. *Lutea gelatinosa.*

TREMELLA glandulosa Bull.

T. gelatinosa, subrotunda, pulvinata, fusco-nigricans, integra, superficie mammosa. l. c. p. 220. t. 420. f. 1.
Super emarcidos truncos.

TREMELLA cerebrina Bull.

T. major, gelatinosa, crassa, plena; superficie flexuoso-sulcata. l. c. p. 221. t. 386.
Super languentem truncum allatae sunt var. *alba*, et *nigra.*

TREMELLA ligularis Bull.

T. simplex, cartilagineo-carnosa, tomentosa, tenuis, lateralis, elongato-elliptica, stramineo-lutea. l. c. p. 223. t. 427. f. 1.
Super ramos, et truncum *Juniperi communis* L. habitat in collibus Taurinensibus.

TREMELLA atro-virens Bull.

T. gelatinoso cartilaginea, sordide virescens, tenuis, lata, undulato-plicata: margine repando: seminibus concatenatis. l. c. p. 225. t. 184.
In pascuis parum herbidis, et arenosis.

TREMELLA granulosa *Bull.*

T. complanata, gelatinoso-cartilaginea, luteo-virescens, crassiuscula, in lobulos crassos, imbricatos partita. l. c. p. 227. t. 499. f. 2.
Post ingentes pluvias locis arenosis occurrit, ubi laete virenti tapete humum humidiusculum quasi subcontinue tegit.

TREMELLA mucoroides Bull.

T. exigua, carnosa, lutea, subgloboso-bullata, aculeis hirta. l. c. p. 228. t. 499. f. 4.

In emarcido ligno.

TREMELLA amethystea Bull.

T. gelatinosa, violacea, in lobos teretes varie dissecta, superficie fossis, aut sulcis exarata. l. c. p. 229. t. 499. f. 5.

In semiputrido ligno reperit *PIOTTA* in collibus Taurinensibus.

TREMELLA mesenteriformis Bull.

T. gelatinoso cartilaginea in plures lobos tenues, flexuosos, usque ad basim verticalem partita. l. c. p. 230. t. 499. f. 6. et t. 406.

Ad emortuarum arborum truncos, in horto proprio reperit *MOLINERI*.

PEZIZA. *Pézize*.

Fungus saepe concavus, sine capsulis, aut gemmis oculo nudo visibilibus.

a. *Fructuariae*.

PEZIZA echinophila Bull.

P. crassiuscula, firma, fragilis, glabra, sub-fuliginea, in stipitem crassum desinens; cratera scutellato-cupulari, ferruginea. l. c. p. 235. t. 500. f. 1.

Super echinos *Aesculi Hippocastani*. L. post pluvias ad augusti initium reperta est in sylvis vineae *Bianzé* collium Taurinensium.

PEZIZA amentacea Balb.

P. tenuis, cerea, laevis, modo stipitata, modo sessilis, cratera cupulari. Mém. de l'Acad. I. de Tur. vol. 2. p. 79. tab. 2.

In amentis *Betulae Alni* L. invenit *MOLINERI*, attulitque ex sylvis mox memoratae vineae *Bianzé*.

*Modo sub tellure degit, et stipitata, modo telluri in-*

*stratis amentis insidet, ae tunc sessilis se prodit. An praeced. varietas?*

b. *Ligniariae.*

Peziza nigra Bull.

P. gelatinosa, crassa, sessilis, subturbinata, glabra, subtus veluti recutita: cratera primum cupulari, demum scutellata. l. c. p. 238. t. 116. et 460. f. 1.

Super cortices emortuarum arborum in sylvis collium Taurin. prope Eremum reperit D. *Michel.*

Peziza Auricula judae Bull.

P. latissima, gelatinoso-cartilaginea, sessilis, tenuis, subtus nervosa, pubescens; cratera cupulari, plicata, subfusco-lateritia. l. c. p. 241. t. 427. f. 2.

Super arborum truncos haud rara, praesertim super *Sambucum nigram.* L.

Peziza hydrophora Bull.

P. minima, tenuis, fragilis, sessilis, globosa, aurantio-coccinea, rore limpido turgida, cratere vesiculoso. l. c. p. 243. t. 410. f. 1.

In emortuarum arborum truncis habitat in collibus Taurinensibus.

Peziza epidendra Bull.

P. lata, tenuis, cerea, fragilis, glabra, stipitata, subtus albo-lutescens; cratera e vesiculosa cupulari coccinea. l. c. p. 246. t. 467. f. 3.

Super dejectos arborum truncos in collibus Taurin., facile a *coccinea* Bull. distinguenda, quod nec sessilis sit, neque terrestris.

Peziza callosa Bull.

P. exigua, crassiuscula, fragilis, sessilis, subtus veluti recutita; cratera e cupulari scutellata: margine calloso. l. c. p. 252. t. 416. f. 1.

Prope *le Casin* D. *Falletti-Barolo* reperit D. *Michel.*

PEZIZA lactea Bull.

P. minima, cerea, tenuis, fragilis, nivea, turbinata, aut stipitata, subtus pilosa; cratera cupulari. l. c. p. 253. t. 376 f. 3.

In emarcido trunco ex collibus Taurin.

PEZIZA Chrysocoma Bull.

P. minima, tenuissima, fragilis, sessilis, glabra, lutea, laevis, cratera e vesiculosa cupulari. l. c. p. 254. t. 376. f. 2.

Super putrida ligna in collibus.

c. *Stercorariae.*

PEZIZA granulata.

P. exigua, crassiuscula, fragilis, sessilis, glabra, subtus granulosa, dilute aurantiaca: cratera cupulari aurantio-miniacea. l. c. p. 258. t. 438. f. 3.

Super humanum stercus gregariam inveni retro hortum Botanicum Taurin., decembris initio.

d. *Terrestres.*

PEZIZA Batschii Balb.

P. plana, cornea, sessilis, marginata, puniceo-miniata. Misc. Bot. 58. t. 11. f. 3.

Ad initium mensis maii ex collibus attulit *PIOTTA*; occurrit etiam locis humidis inter *Lemia* et *il ponte di Barra* in valle *di Sassi.*

PEZIZA lanuginosa Bull.

P. lata, tenuis, cerea, fragilis, sessilis, subtus ferrugineo-fucescens, lanata; cratera nivea e vesiculosa cupulari. l. c. p. 260. t. 396. f. 2.

Locis humidis, ac umbrosis coll. Taur. ad vineam *d'Aigueblanche* invenit meritissimus Musaei rerum naturalium Custos *VIETTI.*

PEZIZA crenata Bull.

P. exigua, tenuis, cerea, fragilis, glabra, cinerea, cratera

cupulari; margine crenato. l. c. p. 261. t. 396. f. 3.

In summa valle *Salicum* in collibus Taurinensibus.

PEZIZA Labellum Bull.

P. lata, tenuis, cerea, fragilis, sessilis, subtus villoso-tomentosa; cratera e vesiculosa cupulari. l. c. p. 262. t. 204.

Locis umbrosis collium Taur. in vinea *Bianzé*.

PEZIZA araneosa Bull.

P. exigua, tenuis, fragilis, aurantio-miniacea, turbinata, subtus fibrillis intricatis operta, cratera complanato-cupulari. l. c. p. 264. t. 280.

In sylvis *Stupinixii PIOTTA*.

PEZIZA omphalodes Bull.

P. minima, crassa, fragilis, aurantiaca, sessilis, glabra, subtus sub-turbinata, quasi recutita, cratera umbiliciformi. l. c. p. 264. t. 485. f. 1.

Humenti solo secus torrentem, prope vineam *Bianzé* gregariam reperit *MOLINERI*.

PEZIZA Acetabulum Bull.

P. maxima, cerea, tenuis, fragilis, glabra, stipitata, subtus ectypatim venosa; cratera cupulari. l. c. p. 267. t. 485. f. 4.

In sylvis.

PEZIZA coccinea Bull.

P. major, cerea, tenuis, fragilis, glabra, sessilis, aurantio-miniacea; cratera cupulari, aut cochleata. l. c. p. 269. t. 474.

In collibus Taurinensibus, ac in sylvis Stupinixii reperta est.

PEZIZA vesiculosa Bull.

P. major, cerea, tenuis, fragilis, glabra, sessilis; cratera e vesiculosa marsupiiformi. l. c. p. 270. t. 457. f. 1.

Copiose in pratis fimo obtectis, ac in fimetis ipsis mire luxuriat.

PEZIZA hians Gmel.

P. intus fulva, exterius alba, stipite laevi, conico, in cyathum infundibuliformi foveatum diffuso. Syst. Veg. p. 1403. Schoeff. Fung. 2. t. 152.

Ex collibus Taurin. attulit D. *MICHEL*; eamque reperit quoque prope *le Casin* Illustris viri D. *Falletti-Barolo*.

PHALLUS. *Morille.*

Fungus subtus laevis, supra cellulosus.

* * PHALLUS esculentus Bull.

P. suaveolens, stipite nudo, brevi, fistuloso; pileo cum stipite adnato; cellulis profundissimis. l. c. p. 274. t. 218.

In pascuis.

* * PHALLUS Rete Gmel.

P. pileo conico, margine crenato-sinuato, rugis anastomosantibus, areolisque decurrentibus, stipite clavato integro. Syst. Veg. 1449. Mich. gen. t. 84. f. 3.

In horto Botanico Taurinensi.

† PHALLUS impudicus Bull.

P. foetidissimus, stipite longo, volvaceo, cribroso; pileo brevi, nec cum stipite adnato: cellulis vix cavatis. l. c. p. 276. t. 182. Gall. *Satyre fetide.*

In pascuis.

PHALLUS hyemalis Balb.

P. capitulo globoso, celluloso, rugis anastomosantibus profundis; stipite leniter striato, tenui. Misc. Bot. p. 60. t. 11. f. 4.

In muro quodam septentrionem spectanti prope Padum supra *la Madonna del Pilone* reperit *MOLINERI*.

AURICULARIA. *Auriculaire.*

Fungus sessilis, plerumque membranaceus, arborum truncis, aut humo tota pagina inferiore adnascens; adultior magisque evolutus, laxatus, et sensim resupinatus,

semina e pagina superiore jam jam infera facta emittens, sed lento, longoque temporis lápsu. Bull. l. c. p. 277.

AURICULARIA ferruginea Bull.

A. perennis, coriacea, tenuis, glabra, zonata: subfusco-ferruginea. l. c. p. 281. t. 378.

Super vetustos *Ulmorum* cortices eundo ad Valentinum.

AURICULARIA reflexa Bull.

A. perennis, coriacea, tenuis, supra zonata, villosa; subtus laevis. l. c. p. 281. t. 274. et 483. f. 1. 2. 3. 4. 5.

In emarcidis truncis, trabibusque occurrit. Varia admodum.

HELVELLA. *Helvelle.*

Fungus turbinatus, plicatus, rugosus. Gmel. Syst. Veg. p. 1285.

HELVELLA retiruga Bull.

H. membranacea tenuissima, verticalis, subrotunda; supra laevis, albo-cinerea; subtus reticulatim venosa, subfuligineo-cinerea. l. c. p. 289. t. 498. f. 1.

*Bryo* parasiticam attulit *PIOTTA* ex sylvis Stupinixii.

HELVELLA dimidiata Bull.

H. membranacea, tenuis, horizontalis, supra laevis, subtus in venas divergentes expansa. l. c. p. 290. t. 498. f. 1. et t. 288.

In muscis, ac speciatim in *Bryo murali.* L. parasitat. Legi copiose in horto magno Valentini.

HELVELLA cornucopioides Bull.

H. infundibuliformis, sub fusco-nigricans, subtus undulata nec venosa; stipite juxta basim attenuatam fistuloso. l. c. p. 291. t. 498. f. 3.

In nemoribus *della Veneria.*

HELVELLA hydrolips Bull.

H. tubaeformis, fusco-nigricans subtus venosa, stipite juxta

basim attenuatam fistuloso. l. c. p. 292. t. 465. f. 2.

*Bryo glauco* L. permixtam telluri innascentem reperit *MOLINERI* in umbrosis sylvis vallis *Patonera* prope *Caburetum.*

HELVELLA gelatinosa Bull.

H. stipite fistuloso, basi turgido, pileo fornicato, supra laevi, intus gelatinoso, subtus undulato. l. c. p. 296. t. 73. f. 2.

In sylvis *della Mandria* secus rivulos invenit strenuus Botanicus *MOLINERI. Terrestris.*

HELVELLA Cantharelloides Bull.

H. stipite aurantio, fistuloso, basi turgido; pileo subfusco, nec zonato: venis valde prominentibus. l. c. p. 297. t. 473. f. 3.

Ex memorata valle *Patonera* collium Taurinensium attulit *MOLINERI.*

HELVELLA brunnea Gmel.

H. stipite fistuloso laevi, pileo deflexo, adnato-rugoso brunneo. Syst. veg. p. 1450. Schoeff. fung. t. 159. 161.

In nemoribus prope Sturam invenit accuratissimus noster *CASALONE.*

* * HELVELLA Mitra Bull.

H. cerea; stipite fossis exarato, intus lamellis labyrinthiformibus compacto; pileo lobato. l. c. p. 298. t. 190. et 466.

*Terrestris.* In sylvis prope *la Molinetta*, ac collinis.

* * HELVELLA elastica Bull.

H. cerea; stipite gracili, cylindraceo, laevi, fistuloso: pileo lobato. l. c. p. 299 t. 242.

In sylvis collium Taurinensium.

*Stipite gracili, laevi, ac modo, quo semina repetito jactu emittit abunde a praecedenti distincta.*

HYDNUM. *Hydne.*

Fungus subtus echinatus. Gmel. Syst. Veg. p. 1285.

HYDNUM hybridum Bull.

H. coriaceum, ferrugineum, stipite crassissimo, brevi: pileo primum convesco, supra laevi, demum infundibuliformi latissimo. l. c. p. 307. t. 453. f. 2.

In sylvis *Venariae*. *Terrestre*.

* * HYDNUM repandum Bull.

H. carnoso-firmiusculum, fragile, subfulvo-lutescens: stipite brevi albescente: pileo convexo, flexuoso. l. c. p. 311. t. 172. Gall. *Éruchon*.

In sylvis collium autumno.

HYDNUM Occarium Gmel.

H. villosum album, aculeis magnis oblongis obtusis, planis. Syst. Veg. p. 1439. Mich. nov. gen. t. 64. f. 3.

In lignis putridis copiose.

BOLETUS. *Bolet.*

Fungus subtus porosus. Gmel. l. c. 1285.

* * BOLETUS edulis Bull.

B. stipite crasso: pileo latissimo, subfusco ferrugineo; carne nivea, crassissima, firma: tubis ex albo-subluteis. Herb. fr. p. 322. t. 494. et 60. Gall. *Ceps*, aut *Cèpe*, *Gyrole*.

In sylvis collium, Venariae, alibique. *Terrestris*.

BOLETUS rubeolarius Bull.

B. stipite reticulato, flavo, pileo concamerato, carne lutea mutabili; tubis ore cinnabarinis. l. c. p. 326. t. 491. f. 1.

In sylvis collium Taurinensium.

BOLETUS chrysenteron Bull.

B. stipite subgracili; pileo fornicato; carne lutea, molliuscula mutabili: tubis luteis, latis, longiusculis. l. c. p. 328. t. 490. f. 3. et 393.

In collibus Taurin. *Terrestris*.

* * BOLETUS cyanescens Bull.

B. subfuligineo cinereus; stipite ventricoso; pileo lato,

carne nivea, inutabili; tubis albidis. l. c. p. 328. t. 369.
Vern. *Cravelte*.

BOLETUS biennis Bull.

B. stipite contracto, lanato: pileo cyathiformi, crasso, subferrugineo, nec zonato; tubis cinereis, labyrinthiformibus. l. c. p. 333. t. 499. f. 1.
*Terrestris*. In alnetis occurrit.

BOLETUS obliquatus Bull.

B coriaceo-suberosus, veluti vernicosus, stipite laterali; pileo dimidiato, zonato; tubis ex albo-ferrugineis. l. c. p. 335. t. 459. et 7.
In sylvis collium prope *Eremum*.

BOLETUS Calceolus Bull.

B. coriaceus, sessilis, aut stipitatus; pileo dimidiato, tenui, sublateritio, tigrino, tubis brevibus. l. c. p. 339. t. 445. f. 2., et t. 360.
Ad arborum caudices decembris initio.

BOLETUS suaveolens Bull.

B. coriaceo-suberosus, sessilis, glaber, dimidiatus, ex niveo subfulvus; carne stramineo-fuliginea: tubis longissimis, subrufidis. l. c. p. 342. t. 310.
Super Salicum truncos. *Perennis*.

BOLETUS Juglandis Bull.

B. carnoso firmiusculus; stipite brevissimo, laterali, basi tesselato; pileo dimidiato, squamoso; tubis brevibus, latissimis. l. c. p. 344. t. 19.
Ad Juglandis, aliarumque arborum truncos in collibus occurrit.

BOLETUS ramosus Bull.

B. coriaceo fragilis, luteo-fulvus, in ramos subcylindraceos undique tubulosos expansus: carne subalbescente: tubis brevibus. l. c. p. 349. t. 418.
In collibus Taurinensibus.

Boletus ungulatus Bull.

B. coriaceus, sessilis; cortice ebeneo; carne ferruginea e stupacea sublignosa: tubis tenuissimis aequalibus. l. c. p. 367. t. 491. f. 2., et t. 401.

Super Salicum truncos praesertim habitat.

* * Boletus igniarius Bull.

B. coriaceus, sessilis, dimidiatus; carne ferruginea e suberosa sublignea; tubis brevissimis aequalibus. l. c. p. 361. t. 454., et t. 82.

Super emortuarum arborum truncos habitat.

*Caro in hoc haud filamentosa, sed omnino suberosa.*

Boletus versicolor Bull.

B. coriaceus, tenuissimus, dimidiatus, supra sericeo-tomentosus, taeniatim variis coloribus pictus: tubis brevissimis niveis. l. c. p. 367. t. 86.

Arborum emortuarum, vel languentium truncis, palis, trabibusque innascitur.

Merulius. *Mérule.*

Fungus subtus venosus.

Merulius lycoperdoides Decand.

Agaricus (*lycoperdonoides*) pulverulentus pileo subrotundo crasso, flavescente, lamellis brevibus ex atro-flavis, stipite tereti brevi. Gmel. Syst. Veg. 1405. Bull. t. 166., et 516. f. 1.

In nemoribus collium super putrefactum *Agaricum* reperit oculatissimus *Molineri.*

* * Merulius Cantharellus Gmel.

M. vitelinus suaveolens, pileo (*senescentis*) excavato, margine undulato lobato, venis subcrispis decurrentibus, stipite tereti farcto, sursum dilatato. Syst. Veg. 1430. Bull. t. 62. et 505. f. 1. Vern. *Galitele.*

In sylvis, praesertim collium.

## AGARICUS. *Agaric.*

Fungus subtus lamellosus.

**a.** *Stipes nullus, lateralis, aut excentricus.*

AGARICUS labyrinthiformis Bull.

A. perennis sessilis, dimidiatus; supra zonatus glaber; subtus primum tubulosus, demum daedaleo-lamellosus. Herb. fr. 1. p. 377. t. 352. et 442. f. 1.

Ad emortuarum arborum palos, et truncos.

AGARICUS coriaceus Bull.

A. perennis, sessilis, dimidiatus; supra zonatus, sericeus, aut lanatus; subtus primum tubulosus; demum daedaleo-lamellosus. Herb. fr. p. 373. t. 394. et 527.

Iisdem locis cum praecedenti oritur.

AGARICUS alneus.

A. acaulis lamellis bifidis, pulverulentis. L. sp. 1645. Bull. herb. t. 346. et 581.

Alni trunco solet insidere.

AGARICUS sessilis Bull.

A. tenellus sessilis, dimidiatus, glaber; supra niveus: lamellis angustis, tenuissimis, basi declivibus. Herb. t. 581. f. 3., et t. 152.

Super ramos emortuarum arborum.

AGARICUS albidus Balb.

A. sessilis, pileo albido, laevi; lamellis fusco-rubescentibus latiusculis, margine integro. Misc. Bot. p. 67. t. 11.

In sylvis vineae *di Righin Natalin* collium Taurin. *Terrestris.*

AGARICUS stypticus Bull.

A. coriaceus; stipite laterali; pileo dimidiato, tenui, lamellis curvilineis; in hemycillum basi terminatis. l. c. t. 140. et 557. f. 1.

Frequens et caespitosus ad caudices, et ad truncos arborum. *Sessilis.*

AGARICUS bryophylus Pers.

A. subresupinatus candidus, pileo membranaceo, postice porrecto adhaerente, lamellis ramosis. Obs. mycol. p. 1. pag. 8. t. 3. f. 1. a. b.

Muscis adhaerentem ex collibus attulit D. *MOLINERI.*

AGARICUS palmatus Bull.

A. gregarius, pileo convexo, obliquo spadiceo, vel obscure ligneo, lamellis concoloribus inaequalibus, margine undulatis, stipite albo farcto brevi. Gmel. Syst. Veg. 1411. Bull. herb. fr. t. 216.

Ad caudicem *Hederae Helicis* in horto Botanico Taurinensi.

AGARICUS Orcellus Bull.

A. gregarius, pileo elliptico, aut orbiculari, stipite pallido, lamellis confertis incarnatis. t. 573. f. 1. et 591. Pers. Syn. p. 473.

In horto magno Valentini ad vetustos *Ulmorum* truncos, tum etiam in sylvis vineae *d'Aigueblanche.*

AGARICUS ulmarius Bull.

A. pileo carnoso latissimo unicolore pallescente aut lituris variegato, lamellis latissimis subemarginato-adnexis, stipite adscendente. l. c. t. 510. Pers. Syn. meth. fung. p. 473.

b. *Stipes centralis. Lamellae aequales, arescentes.*

AGARICUS pectinaceus Bull.

A. pileo convexo plano sublaevi roseo, s. dilute rubro, lamellis, stipiteque albis. t. 509. Pers. Obs. mycol. 1. p. 100.

Nihil ubique in pascuis vulgatius.

AGARICUS integer.

A. stipitatus, lamellis omnibus magnitudine aequalibus. L. sp. 1640. A. *sanguineus.* Bull. t. 42.

In sylvis apricis collium. *Causticus.*

c. *Sauciati succum fundentes ; Lactiflui.*

Agaricus acris Bull.

A. pileo infundibuliformi margine expanso glabro albido, lamellis congestis furcatis candidis pallescentibus. t. 538. Pers. Syn. 429.

In sylvis prope *Superga*, et rivulum *di Sassi* dictum.

Agaricus zonarius Bull.

A. stipite pleno nudo brevi: pileo zonato glabro; lamellis subalbidis curvilineis: carne tenui, alba: succo lacteo piperato. l. c. p. 491. t. 104.

In nemoribus collium. *Lac acre, causticum.*

Agaricus dulcis Bull.

A. pileo infundibuliformi rufescente, lamellis pallescente-incarnatis, succo subdulci. t. 224. Pers. Syn. 433.

In sylvis apricis collium.

*Succus albus, primo dulcis, dein ingratus subacris. Odorem* Meliloti *exhalat.*

d. *Lamellae inaequales per vetustatem nigrae, aut in liquorem nigrum diffluentes. Stipes albidus annulatus, aut nudus.*

Agaricus typhoides Bull.

A. fugax; stipite fistuloso glabro, annulario, filifero; pileo campanulato, squamoso; lamellis nigrescentibus liberis. Herb. fr. 2. div. p. 405. t. 582. f. 2.

In collibus Taurinensibus, ac in hortis passim.

Agaricus atramentarius Bull.

A. fugax supra basim communem multiplex; stipite fistuloso, nudo; pileo campanulato; lamellis latissimis, numerosissimis nigrescentibus liberis. l. c. p. 413. t. 164.

Locis umbrosis ad pratorum margines.

*Lamellae in saniem nigram diffluunt atramento similem.*

Agaricus micaceus Bull.

A. fugax; stipite simplici, fistuloso nudo; pileo striato

vesiculis nitente; lamellis raris, nigrescentibus liberis. l. c. p. 415. t. 365 et 246.

In pratis, ac hortis.

AGARICUS digitaliformis Bull.

A. exiguus, fugax, stipite fistuloso, nudo: pileo campanulato, striato, vesiculis nitentibus consperso: lamellis semilunatis, fuliginEis, liberis. l. c. p. 435. t. 525. f. 1.

Super ligna putrida, ac terrestris. *Numerosissimus, gregarius.*

AGARICUS ephemerus Bull.

A. fugacissimus glaber: stipite fistuloso nudo: pileo striato, nec squarroso, lamellis nigrescentibus liberis. t. 542. f. 1. l. c. p. 394.

Vere, aestate, autumnoque frequens in jumentorum stercore, tempestatibus udis.

Huc referendus quoque A. momentaneus Bull. t. 128.

AGARICUS stercorarius Bull.

A. fugacissimus: stipite fistuloso nudo piloso; pileo squarroso, s. lanato striato; lamellis nigrescentibus liberis. l. c. p. 398. t. 542. f. 2., et t. 68.

In fimetis autumno.

AGARICUS deliquescens Bull.

A. fugax; stipite simplici fistuloso nudo glabro; pileo campanulato, leviter striato: lamellis latissimis, nigrescentibus liberis. l. c. p. 409. t. 437. f. 2., et 558. f. 1.

In pratis, ac hortis toto anno.

AGARICUS fimiputris Bull.

A. fugax: stipite longissimo, fistuloso, molli, nudo, pileo conico, lamellis latis, nigrescentibus maculatis liberis. l. c. p. 430. t. 66.

Extra *Segusii* portam ad fossarum margines; *Caespitosus.*

e. *Stipes centralis, nudus, aut annulatus. Lamellae subnebulosae, aetate nigrescentes.*

AGARICUS semi-orbicularis Bull.

A. stipite fistuloso, nudo, excorticabili; pileo limacino hemisphoerico, nec striato, lamellis latissimis liberis. l. c. p. 467 t. 422. f. 1.

Ad semitas vulgaris ubique in agro Taurinensi.

AGARICUS pulverulentus Bull.

A. minor caespitosus, pileo subcarnoso umbonato ochraceo, lamellis nebulosis virescentibus, stipite cavo tenui, cortina pilosa nigrescente t. 178. Pers. Syn. 421.

Ad putrescentes arborum truncos in collibus Taur. frequens.

AGARICUS amarus Bull.

A. stipite fistuloso glabro; annulo fugacissimo semi-orbiculari, carne lutea, fellea, lamellis liberis basi aduncis. l. c. p. 478. t. 30. et 562.

Super emortuarum arborum caudices.

* * AGARICUS edulis Bull.

A. gregarius magnus, pileo candido laevi, aut obsolete squamoso, lamellis rubris, stipite longo bulboso: annulo manifesto. t. 514. Pers. Syn. 418.

A. *Campestris* L. hujus varietas. Bull. t. 134.

In pascuis.

f. *Lamellae aequales, tubo stipitem ambienti adnexae.*

AGARICUS androsaceus Bull.

A. cespitosus albus, pileo profunde sulcato, lamellis tubo stipitem ambienti adnexis, stipite nigrescente. t. 569. f. 3. Pers. Syn. 467.

Ad stipites, folia decidua frequens occurrit.

g. *Stipes centralis fistulosus. Lamellae haud per aetatem nigrescentes. Pileus non umbilicatus.*

AGARICUS nigripes Bull.

A. stipite fistuloso nudo tomentoso, basi nigricante; pileo

luteo semi-orbiculari ; lamellis falcatis liberis. l. c. p. 476. t. 344.

Ad caudices arborum autumno frequens.

AGARICUS fistulosus Bull.

A. stipite fistuloso nudo, piloso firmo; pileo conico, striato: lamellis basi angustissimis aduncis. l. c. p. 454. t. 518.

Super ramos putrescentes, locis umbrosis ad sepes obviam venit.

AGARICUS epiphyllus Bull.

A. stipite tenuissimo nigro, pleno, pileo convexo albido-rufescente, margine striato, lamellis inaequalibus angustissimis liberis. t. 569. f. 2.

Super emortua folia in tellurem dejecta crescit.

AGARICUS Adonis Bull.

A. exiguus; stipite fistuloso nudo; pileo subcampanulato; lamellis angustissimis liberis, nec basi aduncis. l. c. p. 445. t. 560. f. 1.

In sylvis collium aestate.

AGARICUS Clavus.

A. stipitatus, pileo luteo convexo striato, lamellis, stipiteque albis. L. sp. 1644. Bull. t. 569. f. 1. et 148.

In nemoribus collium.

AGARICUS corticalis Bull.

A. exiguus, stipite fistuloso nudo; pileo subsemi-orbiculari striato; lamellis raris latissimis, basi aduncis. l. c. p. 475. t. 519. f. 1.

Corticibus arborum, praesertim *Ulmi campestris*, post ingentes pluvias autumnales. *Tener, et fugax.*

b. *Pileus umbilicatus. Lamellae pene semper decurrentes.*

AGARICUS pseudo-androsaceus Bull.

A. gregarius totus griseus membranaceus, lamellis distan-

tibus basi latissimis, stipite mediocri. t. 276. Pers. Syn. 472.

Inter Muscos frequens.

AGARICUS amadelphus Bull.

A. gregarius lamellis inaequalibus decurrentibus rufis, pileo prius convexo, dein plano, concavo; stipite pleno gracili. t. 550. f. 3.

Ligno putrido adhaerentem ex collibus habui.

AGARICUS atro squamosus Gmel.

A. pileo fuscescente niveo, maculis striatis nigris sub-squamoso, stipite subulato valido, lamellisque albis. Syst. Veg. 1419. Mich. Gen. t. 78. f. 6. 8.

In sylvis collium. *Terrestris*.

AGARICUS cyathiformis Bull.

A. albidus, vel pallidus, cancellis decurrentibus angustis, divisis stipite farcto. t. 248. et 575. Gmel. Syst. Veg. 1409.

In horto magno Valentini.

AGARICUS pyxidatus Bull.

A. gregarius majusculus, pileo cupulari, s. infundibuliformi striato, subspadiceo, lamellis lutescentibus, stipite elongato solido pallido. t. 568 f. 2. Pers. Syn. 471.

Ex collibus Taurinensibus.

i. *Stipes plenus. Pileus carnosus. Lamellae unicolores arescentes.*

AGARICUS eburneus Bull.

A. gregarius candidus, pileo subcarnoso viscoso convexo-plano margine laevi, lamellis subdistantibus parum decurrentibus, stipite longo apice squamuloso. t. 118. Pers. Syn. 364.

In collibus Taurinensibus.

AGARICUS ericetorum Bull.

A. stipite nudo, apice fistuloso, pileo lutescente convexo. t. 188. et 551. f. 1.

In sylvis prope *Superga*.

AGARICUS fusipes Gmel.

A. pileo dilute umbrino rimoso, margine undulato, lamellis concoloribus rarioribus truncatis, stipite deorsum attenuato. Syst. Veg. 1406. Bull. t. 106. et 516. f. 2.

In sylvis collium.

§. 2. *Lamellae stipiti adhaerentes.*

AGARICUS Cameleon Bull.

A. gregarius subparvus viscosus, pileo umbonato, stipiteque cavo fulvo viridique vario, lamellis aureis. t. 545. f. 1. Pers. Syn. 335.

In sylvis Stupinixii D. *PIOTTA* ; exque collium nemoribus D. *VIETTI.*

AGARICUS sulphureus Bull.

A. gregarius subsulphureus odoratus, pileo carnoso subumbonato glabro, lamellis distinctis emarginatis, stipite longo cavo flexuoso dilutiore. t. 168 et 545. f. 2. Pers. Syn. 322.

*Terrestris.* In sylvis prope *Superga*, et secus *il Rio di Sassi.*

§. 3. *Lamellae haud stipiti adhaerentes.*

AGARICUS longipes Bull.

A. pileo conico fuliginoso, stipite concolore striato fareto, deorsum turgido, infra terram denuo attenuato, lamellis latis inaequalibus cano-fuliginosis. t. 232. Gmel. Syst. Veg. 1406.

In sylvis collium Taurinensium.

AGARICUS contortus Gmel.

A. pileo sicco umbrino convexo, vertice papilloso, lamellis fragilibus, stipiteque spirali albidis. Syst. Veg. 1416. Bull. t. 36.

In sylvis *Venariae regalis* reperi.

AGARICUS fulvus Bull.

A. pileo primum convexo, dein plano fulvo, lamellis

inaequalibus lutescentibus, stipite farcto longitudinaliter striato. t. 555. f. 2. et 574. f. 1.

In sylvis *Stupinisii*, *Venariae*, et coll. Taur.

AGARICUS coccineus Bull.

A. gregarius totus coccineus, pileo submembranaceo convexo subviscoso, lamellis distantibus dentatim convexis, stipite cavo subcompresso. t. 570. f. 2. Pers. Syn. 334.

In horto magno *Valentini*.

AGARICUS sericeus Bull.

A. pileo conico, sericeo nitido albo-rufescenti, lamellis griseis, aut lutescentibus, inaequalibus basi emarginatis, stipite cylindrico, fistuloso. t. 413. f. 2. et 526.

In sylvis *Venariae*.

AGARICUS argyraceus Bull.

A. pileo subalbicante: squamis cinereo nigrescentibus, lamellis, stipiteque longiusculo candidis. t. 423. f. 1. et 513. f. 2. Pers. Syn. 346.

In nemoribus collium Taurinensium.

k. *Stipes centralis. Lamellae in juniori aetate membrana tectae velum araneosum in stipite relinquentes.*

AGARICUS araneosus Bull.

A. pileo spadiceo, margine filis araneosis fimbriato; lamellis latis, posterius divisis; stipite albo brevi crasso concoloribus. t. 96. Gmel. Syst. Veg. 1402.

Ex collibus Taurinensibus.

AGARICUS mucosus Bull.

A. pileo carnoso umbonato viscoso crystallino, lamellis primo purpurascentibus, dein ferrugineis, stipite transversim in squamas cartilagineo gelatinosas rupto: primo annulo subobsoleto. t. 596. f. 2. et 549. Pers. Syn. 281.

In Taurinensibus collibus novembris initio.

l. *Lamellae exsuccae, nec nebulosae. Stipes annulatus.*

AGARICUS cretaceus Bull.

A. cespitosus, pileo campanulato striato, lamellis liberis, stipite ventricoso, basi solido. t. 374. Pers. Syn. 416.

In sylvis collium Taurinensium frequens.

* * AGARICUS annularius Bull.

A. cespitosus congestus, pileo umbonato piloso-squamoso, ochraceo-fuligineo, lamellis subdecurrentibus albidis pallescentibus, stipite annulato conico olivaceo cinereo. t. 377. Pers. Syn. 269.

Ad mororum caudices in collibus.

*Huc referendus A. mutabilis Schoeff.*

AGARICUS clypeolarius. Bull.

A. pileo lacteo, squamis fasciculatis spadiceis vario, lamellis teneris albis triplici ordine digestis, stipite tereti fistuloso fuscescente. t. 506. f. 2. et 405. Gmel. Syst. Veg. 1414.

In horto magno *Valentini. Terrestris, ac solitarius.*

AGARICUS colubrinus Bull.

A. magnus pileo carnoso umbonato squamoso rufescente-cinereo, lamellis remotissimis albidis, stipite bulboso longissimo, annulo mobili. t. 78. et 583. Pers. Syn. 257.

In horto magno *Valentini*, et alibi circa *Taurinum.*

m. *Volvati.*

§. 1. *Volva incompleta.*

* * AGARICUS solitarius Gmel.

A. pileo convexo, medio parumper concavo, verrucis squamisque convolutis inaequali, lamellis liberis. Syst. Veg. 1397. Bull. t. 48. et 593.

Ad semitas locis umbrosis collium Taurinen., ac vineae dictae *de Righin Natalin* initio augusti.

† AGARICUS muscarius.

A. stipitatus, lamellis dimidiatis solitariis; stipite ovato,

apice dilatato, basi ovato L. sp. 1640. Bull. t. 122.

In sylvis collium, et *della Mandria*.

* * AGARICUS caesareus Gmel.

A. pileo convexo aureo, carne ochroleuca, lamellis medio latioribus, minoribus mediis brevissimis. Syst. Veg. 1397. Bull. t. 120. Gall. *Oronge vraie*. Vern. *Bolé real.*

In sylvis, ac locis soli expositis tam collium, quam planitiei.

AGARICUS prasinus All.

A. caulescens, solitarius carnosus; pileo convexo planiusculo, luteo virescente viscido, squamoso; lamellis numerosis luteis; petiolo tereti crasso pleno, flavido, basi tuberoso; velo et annulo destitutus. Schoeff. fung. 4. p. 51. t. 218.

In sylvis *Venariae*.

---

*Flora Taurinensis continet*

Gen. n. 420.
Spec. n. 1234.

---

*Addenda et corrigenda.*

P. 39. lin. 16. Add. in med.

SAMOLUS Valerandi.

P. 115. lin. 10. Leguin l. Legum.
P. 144. lin. 12. quaque l. quoque.
P. 200. lin. 22. ophiaglossoides, l. ophioglossoides.

F

New York Botanical Garden Library
QK 332 .B262 gen
Balbis, Giovanni Ba/Flora Taurinensis, s
3 5185 00110 3637